


c
G. 11

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

69905/B

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

Accession Number

Press Mark

MUELLER, J.M.

62905/B

57

I. N. J.

J. M. MüLLERI,

Phyſic. Cüntzelsav. Academici Carolino-
Imperialis Nat. Curioſi

Obſervationū & Curationum
Medico-Chirurgicarum rariorum

DECADES II.

I. De præcipuarum corporis humani
partium affectibus, cum Scholiis, in qui-
bus Exempla ab Auctore ultra centum,
longeque numeroſiora, a multis aliis no-
tata parallela continentur.

II. De capitis præcipue paſſionibus,
hiſtoriarum reſolutionibus.

Una cum annexo tractatulo

De

EFFRACTURA CRANII,

Nec non inſecutis graviſſimis Symptomatibus,
Divina Gratia ex voto curatis.

Cum notis de capite ejusq́; affectibus anato-
micis phyſiologico-practicis, pathologicis
atque therapeuticis ex quamplurimis
Auctoribus extractis,

ut &

Rerum & Auctorum, horumque allegatorum
librorum Indicibus.

Apud Wolffg. Michahellem Bibliopol. Norimberg.
Litteris Georg. Mich. Mayeri Typogr. Sv. Hall. 1714.

VIRVM.
PER-ILLVSTREM. ATQVE. MAGNIFICVM.
DOMINVM.
Dn. D. LVCAM. SCHROE-
CKIVM.
INVICTIS. ROMAN. IMPERAT.
ARCHIATRVM. EJVSQVE. SACR. PERS.
IMPERIAL. MEDICVM.
S. R. I. NOBILEM.
PALAT. LATERAN. AVL. & CONSISTOR.
IMPERIAL. COMITEM.
ACADEMIAE. CAROLINO-CAESAREAE.
NAT. CVR.
PRAESIDEM.
REIPVBLICAE. AVGVSTANAE. PHYSI-
CVM. PRIMARIVM.
VBIQVE. GRAVISS. EXCELLENTISS.
PATRONVM. ATQVE. PROMO-
TOREM. SVVM. OMNI. HONORIS. AC.
REVERENTIAE. CVLTV. SVSPICIENDO
IN. GRATI. ANIMI. DEBITAEQVE. OBSER-
VANT. CONTESTATIONEM. CVM. SVMMO.
OMNIVM. FELICITATVM. VOTO.
CONSECRATIONE. HAC. DEVOTISSIME.
VENERARI. VOLVIT. DEBVIT.
TANTI. NOMINIS.
OBSEQVIOSISSIMVS. ATQVE.
PERPETVVS. CVLTOR.
GORGIAS.

EXCELLENTISSIMORUM MEDICORUM
JUDICIA
de hoc libello ex ipſorum ad Auctorem transmiſſis literis extracta.

I. Per-Illuſtris ac Magnifici D. D. LUCÆ SCHROECKII, S. Cæſ. Majeſtatis Perſonæ Medic. Archiatr. & Com. Palat. Phyſic. Auguſtan. Primar. S. R. J. Nobilis, nec non Acad. Carolino-Imperial. Nat. Cur. Præſid. &c.

CAſus medico-chirurgicos, quos communicare mecum placuit, perlegi, ſingularemque Tuam in evolvendis tot melioribus in arte Medica ſcriptoribus ſolertiam, indefeſſam in curandis morbis iſtis dexteritatem, atque doctum in iis exponendis judicium non poſſum non commendare.

II. Illuſtris Facultatis Medicæ Altdorffinæ, nimirum

1. Magnifici ac Excellentiſſimi D. D. JOH. MAUR. HOFFMANNI, Med. P. P. Primar. ejusque Univerſ. Senior. Diverſor. S. R. J. Principum Conſiliar. & Archiatr. Inclut. Liber. Reipubl. Imper. Norimb. Med. & Acad. Carolino-Imper. Nat. Cur. Adjuncti Heliodorus dicti.

DE cadem deſignatam caſuum Medico-chirurgicorum perlegi, perplacuit ordo, ſingularis perplacuit ſolertia &c. Eluceſcet enim exinde ingenii tui felicitas ex ipſa etiam brevitate, praxeosque dexteritas ex caſibus, etſi paucis, tamen ſelectiſſimis. Comunicavi exaſciatiſſimum tuum ſcriptum Excellentiſſimis Dnn. Collegis meis, perlegit id primo Venerandus noſter Senior D. D. Bruno, ſed tum temporis gangræna pedis dextri lethali correptus & d. 13. Octobr. vivorum ordini exemtus cœlitibusq; adſcriptus, reſponſum deſignare haud potuit, Honoratiſſimi alterius Collegæ D.D. Bajeri animi ſenſa adjecta ſcheda declarabit. Vale Vir Excellentiſſime, & in ſeculi decus feliciſſimè vive.

2\. *Excellentiſſimi D. D. & Med. P. P. JOH. JAC. BAIER.* Academici Carolino-Imperial. Nat. Cur. Eugenianus dicti.

INprimis autem applaudo induſtriæ laudabili & in morbis difficilibus curandis felicitati. Neque etiam improbo cordatam intentionem, typis mandandi rariores caſus in Praxi Medica hactenus à Viro Clariſſimo obſervatos, ſiquidem talium notitia philiatris non poterit non prodeſſe &c. De cætero fauſtum egregii laboris ſucceſſum Viro Clariſſimo an-

mitu

mitus apprecor, ſicuti ſingularem quoque eruditi orbis applauſum exinde me viſurum omnimode confido.

III. Excellentiſſimi Dn. J. G. WINTHERI,
Phil. & Med. D. hujusq; P. P. Primar.
Rinthel. &c.

CUm igitur videam atque confidam, hunc Tractatum ſecundum promiſſam methodum eximiam publico utilitatem allaturum eſſe, illum non poſſum non probare, atque Nobiliſſimi & Experientiſſimi Domini Autoris propoſitum impenſe laudare.

IV. Prænobiliſſimi ac Ampliſſimi S. R. J. *Liberæ Reipublicæ Eſslingenſis Collegii Medici* nimirum Excellentiſſimi ac longe Celeberrimi D. D. *JOH. FRID. BILGERI*, Sac. Cæſ. Maj. Conſil. & Archiatr. ut & prædictæ Civitatis Eſslingenſis Phyſici Primarii;
Hujusque Excellentiſſimi Filii, D. D. *PHIL. FRID. BILGERI*, Phyſ. Ordin. Eſslingenſis.

HOc opus elegantiſſimum, & ſingulare indefeſſæ ſedulitatis & Eruditionis Tuæ ſpecimen, quo Nominis Tui celebritatem glorioſe augere, nec minus Bono Publico

 pro-

prodeſſe cupis, dignum eſt, ut omnibus Medicinam amantibus pateat atque inſinuetur. Majus certe inde reſultabit gloriæ laudisque Tuæ præmium, quod in evidens Reipublicæ noſtræ Medicæ emolumentum, viris in arte conſpicuis modo adeo laudabili notum Te facere non deeſſe volueris; nec minori encomio excipient Te Tyrones, noviter Praxin inchoantes, quia perſpicaciſſimo ſcribendi genere, filo quaſi Ariadnæo, eos in ampliſſimum Medicinæ campum, multorumque Autorum notitiam compendioſe introducere allabores.

Evolv. quoq. Act. Erud. Lipſ. Ann. M DCC XII. Menſ. Nov. p. 518. ſeqq. &c.

(o)

PRÆ-

PRÆFATIO.

VOlui hic, Benevole LECTOR! præſentem Obſervationum Decadem infr. in præf. pag. 16. promiſſam cum tractatulo de Effractura Cranii & adjecta Caſuum Decade conjungere; &, quoniam hæ meæ Obſervatiunculæ dignæ habebuntur, quæ Ephemeridibus Academiæ Carolino-Imperialis Nat. Cur. in poſterum prodituris inſerantur, illas hic tantum contrahere atque allegata loca cum formulis omittere. Plagulæ poſſunt juxta inſcriptionis ordinem pro lubitu locari, atque iſte ſuis obſervari locis. Cæterum B. L. ad alteram prolixiorem Præfationem ablegans rem ipſam divino fretus auxilio aggredior.

INDEX
Auctorum in hac Decade citatorum.

Act. Erud. Lipſ. Decenn. I. II. III. IV. Act. Haffn. Æginet. Albrecht. Ammann. Anhorn. Ariſtot. Augen. Barbett. Bartholin. Bertin. Bierling. Blauu. Blegny. Bohn. Bonet. Borrich. Burnet. a Caſtr. de Cauliac. Celſ. Clauder. Collichen. a Cruce, Democr. vel Dippel. Detharding. Dillen. Dodon. Dolæus. Donat. Dürr. Eggerd. Ephemerid. ſeu Miſc. Ann. Nat. Cur. Germ. Decur. I. II. III. Cent. I. II. harumq; Append. Ettmüller. Faſch. Fortis. G. Franc. de Franckenau. Joh. Franc. Frib. Galen. Garliep. Gemm. Glandorp. Hagendorn. Hannæus. B. J. O. & J. L. Hannemann. Hartmann. Helwich. Herlic. Heurn. Hildan. Hippocrat. Hoffmann. Holt. Jacchin. Jonſton. Kerkring. Kloſ. Lachmund. Lanzon. Ledel. Lentil. Lœw. Ludovic. Manget. Marchett. Mayern. Meckern. Meren. Monginot. Morus. Munnicks. Muralt. Musgrav. Muys. Nebel. Paiſen. Paullin. Pechlin. Plater. Rabner. Rayger. River. Rommel. Roonhoyſen. Ruyſch. Scheid. Schelhammer. Schrœck. Schubart. Schultz. Seger. Sennert. Stegmann. Sydenham. Sylvatic. Thomaſ. Tiling. Valentin. Veſal. Vicar. Vigo. Volckamer. Uratislav. hiſtor. morb. ann. 1699. Johann. Jac. & Reinh. Wagner. Waldſchmidt. Wedel. Welſch. Würtz. Zacchias. Zwinger.

Decad. & tractatul. ſeq. Indices vid. infr.

In

In Medici Maximi Dei Altiſſimi Chriſti JESU nomine

GORGIÆ Obſervationum & CurationumMedico-Chirurgicarum,

de præcipuarum corporis humani partium, paſſionibus, rariorum, DECAS, cum Scholiis, in quibus Exempla ab Auctore ultra centum, longeque numeroſiora à plurimis aliis notata parallela continentur.

Obſervat. I. De Hemicrania periodica.

POſtquam quidam ſutor virilis ætatis ebrietati, nec non iræ admodum indulſiſſet, hemicrania periodica quotidiana intenſiſſima afficiebatur, mane enim circa horam octavam ſenſim dolor integram capitis partem ſiniſtram occupans pedetentim tantam acceſſionem incrementumq́; capiebat, ut hora prima meridiana præ ſum̃is doloribus caput parietibus fere alliſerit, quæ tamen cephalæa finita hora pomeridiana ſecunda paulatim remiſit, donec circa horam ſextam veſpertinam plane ceſſaverit; Cum poſt decimũ quartum paroxyſmum demum vocarer, cinnabarina, ſuccinata, volatilia, & alia ex viſcis &c. parata ſolummodo præſcripſi; quorum uſu divina

 Bene-

Benedictione intra biduum dolor talis vehementiſſimus evanuit, virque ad hoc uſque tempus ſanitate uſus fuit proſpera.

Scholium.

INter hemicranias periodicas, quarum infr. p. 134 l. ult. mentio facta fuit, hic caſus cum pluribus aliis eſt referendus; Menſe enim ejusdem anni Januario Virum quendam Illuſtrem, mercatorem, officialem, pluresque alias perſonas iisdem fere hemicraniis periodicis, permultosque cephalalgiis continuis laborantes, ſimilibus propemodum remediis, & pro circumſtantiarum ratione ſubinde mutatis, auxilio divino felici cum effectu hactenus tractavi.

Obſervationes ſingulares de cephalalgia periodica quoq; legi merentur *in Ephem. ſeu Miſc. Cur. Schultz. Ehrenfr. Hagendorn. Wagner. Joh. Georg. Rabner. Schelhammer. Joh. de Muralt. &c. it. Ludovic. Jacchin. Manget. Dolæi. &c.* In ſpecie de cephalalgia ex ebrietate & ira, pluraque alia *conf. infr. p. 92. ſeqq. & 128. it. p. 125.* de cinnabarinis, quam ſententiam *Gabr. Clauderus* confirmat.

Obſervat. II. De Pleuritide cum angina combinata, & inſecuta cachexia icterica, in viro ſeptuagenario majori.

FAber murarius calendis Octobris Ann. MDCCVI. circa veſperam ſubito ingenti

cor-

correptus eſt horrore, cum ſubſequente intenſiſſimo æſtu, tuſſi ſicca, cephalalgia, dolore lateris ſiniſtri circa coſtam quartam punctorio, reſpiratione admodum difficili, & aliis in pleuritide vera conſuetis ſymptomatibus; poſtero die inſtituebatur per chirurgum V. S. Quoniam vero malum maxime ingraveſcebat, tertio tandem die accerſitus accedebam ad infirmum, prædictumque morbum ex pulſu, urina atque relationibus ſtatim perſpicue obſervabam. Hinc remedia in- & externa antipleuritica ex praxi comprobata ordinavi; Cumque die quarto reſpiratio cum deglutitione eſſet difficilior, una cum faucium dolore, præcordiorum anxietate, agrypnia &c. & contra anginam ſimul veſicatoria & alia neceſſaria medicamenta conſului; quibus remediis omnia ſymptomata paulatim fuere mitigata, & circa diem ſeptimum ſalutari criſi morbus hic periculoſiſſimus converſus fuit in icterum, tuncque pulveres quosdam antictericos propinavi, quibus icterus, & die poſt decimum quarto tumor quoque œdematoſus pedum uſque ad genua, interveniente cataplaſmatis ad plantas pedum uſu, fuere ſublati. Poſtea per totum triennium, præter levem quandam tuſſiculam ſub inclementiore aëre quan-

quandoque aliquantum moleſtam, integra gaviſus eſt ſanitate.

Scholium.

SEcundum Hippocratis aphor. morbi valde periclitantur ætati nulla ex parte conſentanei, cumque pleuritis talis ingens cum angina, ſeu inflammatio a memorata coſta ad fauces uſque ſeſe extendens huic decrepitæ ætati juxta Hippocrat. & Heurn. Obſ. minime congener ſit, ideoq; affectum hunc rarioribus inſerendum dignum judicavi.

Simile pleuritidis exemplum refert *Fortis cum Boneto*, cujus Anatomia practica de pleuritide & angina evolvi poterit.

Pleuritidem ex glandulis ſubalaribus notavit *Borrichius*, ex riſu *Collichen. in Act. Haffn.* periodicam *Schubartus*, epidemicam *Per-Illuſtr. atque Magnif. Colleg. noſtr. Dn. Præſes, Patronus meus ad buſtum usque colendiſſimus*; Quales quoque plurimas Ann. M DCC VIII. IX. & X. hoc in loco & circumjacente vicinia Altiſſimi ope ut plurimum feliciter tractavi.

Pleuritidem morbillos excipientem obſervavit *Rayger.* qualia exempla nec mihi Ann. MDCCIX. defuere. *Conf. Petr. a Caſtr. obſerv. de remed. antipleurit. it. Decad. ſeq. caſ. 1. & de veſicat. uſu in angîn. Faſch. it. Frid. Wilh. Kloſ. Diſput. de angin. ſub Præſid. Excellentiſſ. D.D. Bohn. cum Thom. Sydenham. oper. Burnet. Theſaur. med. pr. River. Plater. aliorumque ibidem alleg. Auctor. ſcript.*

Icterus

Icterus non tantum huic, ſed & aliis ægrotis curæ meæ commendatis febribus acutis laborantibus feliciter ſupervenit; contrarium effectum vid. in *Uratislav. hiſtor. morbor. an. 1699. Johan. it. Heurn.* pleuritidem in icterum abeuntem annotavit, & *Mich. Ang. Morus* in univetſalem corporis tumorem, ſicut etiam patiens noſter tumorem œdematoſum pedum uſque ad genua perpeſſus eſt.

Cum tuſſi oſſiculi vel calculi projecti mentionem faciunt *Matth. Tiling. Lachmund. Ambroſ. Stegmann. Joh. Franc. Joh. Lud. Hannemann &c.* qualem materiam mei thalami conſors ſimiliter per tuſſim aliquoties excrevit.

Obſervat. III. De ſummo paſſionis iliacæ metu, cum iſchuria renali conjuncto.

Ann. MDCCVI. die 1. Junii ad viduam ſexageſimum & quod excurrit annum agentem Ingelfingam fui vocatus, quæ intra integrum menſis ſpatium parum admodum pauciſſimis vicibus, & octiduo abhinc plane non alvum evacuerat, cum flatuum ſimul retentione, unde per tres dies ſummos abdominis cruciatus ſuſtinuit, cum præcordiorum anxietatibus, lipothymiis, vigiliis, ructibus ſtercoreis, atq; vomendi conatibus, nec non urinæ ſuppreſſione, cum pulſu debili atque fre-

frequenti: Cum itaque periculoſis hiſce malis remediis aperientibus, emollientibus, diureticis, paregoricis, & analepticis obviam iverim, flatus & urina exitum invenerunt, cum aliquot ſedibus ſed non ſufficientibus. At quia ægrota quadam tantum dolorum mitigatione gaudebat, erat contenta, & idcirco remediorum continuationem contra meum conſilium neglexerat; hinc die ſeptimo in recidivam a me prævifam delapſa medicamenta iterum anxie expoſcit, & ad præſcripta fæcum excrevit fœtidiſſimarum ultra 8. menſuras, cum plurimis ſcybalis, ſicque in ſtatum priſtinæ valetudinis eſt, favente Deo, reſtituta.

Scholium.

PAri & pro re nata mutata paulum methodo non paucis, quod ſine jactantia dixerim, ſimili pertinaciſſima alvi obſtructione cum iliacæ metu, item cum & ſine iſchuria, nec non iſchuria ſine iliaca per 5. 8. 10. imo 14. dies durante, quandoq; etiam ſemel, bis, ter, quaterve recidente laborantibus perilluſtribus, conſularibus, officialibus, civilibus atque ruſticanis perſonis divina gratia optato cum eventu, pro virili conſilia medica dedi.

Affectum recenſito multum æqualem *vid. in Sylvat. Conſil. ut & Hannæi obſ.* Plurima quoque de iliaca & iſchuria rariora propoſuit *Excellent. D.D. Dan.*

Dan. Nebel. Med. P. P. olim Marpurg. nunc Heidelb. ac Conſil. & Archiat. Electoral. Præcept. quondam meus æternum venerandus Diſp. de paſſion. iliac. Marpurg. habit. una cum plurimis in M. C. Dec. I. II. & III. ut & Cent. I. II. harumque appendice contentis auctoribus nec non Bonet. Manget. Dol. Celſ. Ettmüll. Dodon. Donat. Mayern &c.

Ventris dolorem triennalem & tandem lethalem a nimia ceraſorum comeſtorum quantitate puella perpeſſa eſt, cujus in ventriculo quamplurimos nucleos propria pellicula contentos pharmacopœus Hannoveranus Uslarienſis ante meæ Praxeos medicæ ibidem inchoationem A. MDCIC reperit.

Rariſſima non minus eſt hiſtoria, quam *Dippelius alias Democritus larvatus recenſet in tract. de vit. anim. morb. & medic.* De ſene octogenario ſano macilento atque agili, multis durioribusque cibis veſcente, nunquam tamen niſi ordinarie 20. vel 30. diebus elapſis aliquid fæcum alvinarum deponente. Simile propemodum exemplum ab honeſta mihi relatum eſt matrona, quæ raro ante 10. vel 15tum diem ad excrementa alvina deponenda ſtimulari conſuevit.

Inteſtinorum affectorum occaſione caſum vulnerati inteſtini ilei duplicem annecto, cujus lethalitatem in Comitat. Hohenl. Langenb. & Weiggersh. Ann. MDCCVII. & MDCCIX. ex *Valentin. Dol. Munick. Cruc. Celſ. Hippocr. Galen.*

Augen.

Augen. Barbett. Jonſton. Würtz. Muys. Caulia
Vigon. Dodon. Veſal. Zacch. &c. teſtimoniis po
ſtulatus pronunciavi. Craſſorum vero inteſtino
rum vulnerum curationes paſſim notarunt *Alar*
Maur. Eggerd. Donat. aliique, ſicut & abſciſſ
coli portionis *Sylv. Sam. Anhorn ab Hartvviſ*
& per alvum excretionis *Albrecht.* ut & interio
ris inteſtinorum tunicæ ejectionis *Godofr. Thoma*
perquam autem rariſſime inteſtinorum tenuiun
innoxiæ læſiones *Reinh. Wagner. Donat. Blegn. &*

Inteſtina fœtus extra naturalem locum pen
dula *vid. in M. C. ex Obſ. Per-Illuſtr. cum ſubmiſ*
veneratione allegati Dn. Præſidis, it. Car. Holt
Huic non abſimile exemplum *Excellentiſſ. D. D*
Valent. Scheid. P. P. Argentin. Præceptor quondam
meus famigeratiſſimus, abſens quoq; ſemper colen
diſſimus Ann. MDC IIC. in fœtu monſtroſo, cum
plurimis aliis partim deficientibus partim a natu
rali ſitu atq; ordine aberrantibus partibus in thea
tro anatomico ibidem nobis demonſtravit.

Obſervat. IV. De plenaria hepatis transfoſſion
cum inſecuto inſigni tumore hydropico
ſeu aſcitico.

Ann. M DCC VII. die 21. Decembr. Mile
Ingelfingæ in hybernis degens vicini ci
vis dorſo dextri lateris paucos pollices a ſpin
infra diaphragma intra coſtarum notharum

ca

cartilagines gladii aciem fortiſſime intruſit, totumq; corpus transfodit, ita ut gladii apex ultra duorum digitorum longitudinem ſex transverſos digitos circiter ſub papilla dextra emicuerit, ſicque hepar non potuit non ſimul transfodi atque valde lædi; unde etiam ingens vulneris hæmorrhagia extra corpus, & intra abdominis cavitatem, hujusque tumor, dolor intenſiſſimus, animi deliquium &c. ſtatim acceſſerunt. Ad inclytæ Cancellariæ vocationem illuc proficiſcens externa pro hæmorrhagia ſiſtenda, ſanguinis extravaſati reſolutione, atque vulnerum tractatione mihi revelata & congrua obſervata, quandoque etiam a me correcta remedia chirurgo reliqui: interne vero reſolventia, traumatica, analeptica, hepatica &c. medicamenta ordinavi, quibus propinatis circa Decembris finem omnia ſymptomata pacatiora videbantur; poſt paucos vero dies aſcites paulatim abdomen atque pedes occupavit; quo tumore aſcitico in pedibus, femoribus, ſcroto, pene & abdomine circa medium Januarii ingentem in modum aucto, perſona patiens aſpectu fuit horribilis; balſamica igitur, diuretica, roborantia, hepatica &c. neceſſariaq; externa remedia tunc conſului, quibus die

12. Febr. tumor talis inſignis aſciticus plane fuit ſublatus, ita ut ad meum domicilium huc equitare potuerit, & de nihilo amplius quam de abdominis doloribus conqueſtus fuerit, qui etiam dolor uſurpato a me præſcripto decocto deſiit, civisq; ad præſens uſque tempus per Dei gratiam tanta præditus eſt valetudine, ut opera mercenaria ſeſe ſuosque ſuſtentare valeat.

Scholium.

QUanquam vulnerum hepatis curationes legantur in *Welſch. tr. de rat. vuln. leth. jud. Gemm. Coſm. ut & Bertini, Schelhamm. Hildan. Æginet. Gland. Sennert. &c.* ſcriptis; *Joh. tamen Munnicks* talia hepatis vulnera *cum Hippocr. Celſ. &c.* inter lethalia, horumque curationes inter naturæ miracula numerat; idcirco partim propter largiſſimum ſanguinis extra corpus effluxum, partim ejusdem in cavitatem abdominis extravaſationem, indeque metuentem reliquorum ibidem contentorum viſcerum exulcerationem, partim ipſius hepatis poſt vulnera relicti ulceris raram & difficilem ſanationem, ſummum vitæ periculum ſubeſſe initio ſtatim dixi; attamen Altiſſimi ope & congrua decumbentis tractatione miſer hic ab epatis vulnere æque ac ab hydrope aſcite ita fuit liberatus, ut ad præſens uſque tempus ſanus vivat. Occaſione hujus hepatis læſionis mihi in mentem venit uxor quædam ruſticana veneno mortua

cuju:

cujus inquiſitio per cadaveris apertionem a Magiſtratu Ann. M DCC VIII. in pago quodam vicino mihi fuerat demandata; cujus hepatis ſuperior concava pars ad imperialis circumferentiam in colore & conſiſtentia fuit quaſi elixa, friabilis, membranaque exeſa. Ex obſervatis inſuper in cute, œſophago, ventriculo, inteſtinis, pulmonum membrana ac parenchymate, cordis auriculis atque ventriculis, ſymptomatibusq; ante mortem ſuſtentis conjunctim ſumtis cum *Sennerto, Bohn. Valentin. Ammann. Zacch. &c.* veneni corroſivi non modicam portionem fuiſſe hauſtam haud immerito argumentatus ſum.

Ad hæmorrhagias quod attinet, tales profuſiſſimæ ſæpius in praxi mihi occurrerunt, uterinæ, vulnerariæ &c. *Conf. Hiſt. Effract. Cran. it. dec. ſeq. caſ. 1.* Præterea recordor de puella ruſticana, quæ Ann. M DCC II. ſupra pubem per ſpithamæ longitudiuem ad os uſque innominatum prope Weiggersheimiam gladio fuit vulnerata, atque per nimiam ſanguinis profuſionem ingenti inde correpta lipothymia, ac divina gratia a me in integrum iterum reſtituta. Nonnunquam etiam per leves æſtimatas vulnerationes hæmorrhagiæ excitantur per accidens lethales, ſicuti mihi ſuræ vulnus, cum dilaceratione rami cujusdam arterioſi manifeſti, ſexagenario e ſclopeto ſtupa tantum inſtructo Ann. M DCC IX. inflictum, Magiſtratus deſiderio fuit indagandum, qui etiam patiens poſt triduum, ut prædixeram, partim propter ſenium, partim propter ſummam ſanguinis,

arterioſi inprimis, jacturam vitam finivit: de qua periculoſa arteriarum paulo protractiori hæmorrhagia *evolv. Auctores infr. p. 59. ſub lit. m. citat. deque balſ. vuln. reliquisque ἰσχαίμοις p. 112. ſeqq. Georg. it. Detharding. M. C. &c.*

Ad ſanguinis præſertim arterioſi nimium profluvium ſuo modo etiam pertinet funiculi umbilicalis in fœtu recens nato neglecta deligatio, & inde proveniens certiſſima mors juxta *Valentin. Pandect. Dav. Herlic. Curat. gravid. puerper. & infant.* ceu ex hac cum ſuffocatione combinata cauſa in recens nata a matre interemta puella in ante laudata Cancellaria Ingelfingenſi cum *Zacchia, Valentin. &c.* Ann. M DCC IX. pluribus demonſtravi.

Hæmorrhagiam uterinam in gravidis *Per-Illuſtris nunquam ſatis laudatus Dn. Præſes* ſæpius obſervavit, *ut & Helvvich. Pechlin. A. E. L. Ann. M DCC XCI. &c.* quales ceu fœtus inſani notæ juxta *Hippocr. aphor.* ex praxi mihi plane non ignotæ. Plura de Hæmorrhagiis notatu digniſſima *vid. plurimis M. C. in locis,* ut & *Obſ. & Epiſt. Bierling. Fr. Monginot. Guil. Muſgrav. A. E. L. Ann. MDCXCIV. MDCCII. &c.*

De Curato Aſcite *conf. Magnif. D. D. Joh. Georg. Volckam. b. m. Paullin. Georg. Tob. Dürr. Guſt. Caſim. Garliep.* von der Mühlen. *Andr. Lævv. Wilh. Hulder. Waldſchm. M. C. Borrich. it.*

a

ac Dol. obſ. ut propria ex praxi deprompta non deficientia aliaque exempla brevitatis gratia prætercam.

Obſervat. V. De ingenti membri virilis tumore tympanitico ſeu emphyſemate.

Ann. MDCCIV. ferrarius quidam Faber 20. aliquot annos habens me adiit, ſuamque mihi revelavit afflictionem calamitatemque, membrum virile e braccis vel caligis extrahendo, auxilium ſimul implorans meum. Propter admirandam igitur talem intumeſcentiam ultra pugni ſeu 15 pollicum dimenſionem, (cum tamen naturalis craſſities 4. vel 5. pollices ſuperare non ſoleat) ab oſſis pubis radicibus ad apicem uſque veſicæ inflatæ inſtar pellucidam, indolentem tamen, cum circulo, (qui coronæ inſtar glandem cingere ſolet,) evaneſcente, interna reſolventia nervina, & externa diſcutientia ordinavi; quibus ultra octiduum adhibitis curabatur iterum, rebusque in priſtinum ſtatum poſitis, civis iſte cum uxore vegeta noviter ducta in utroque ſinu gaudebat.

Scholium.

MOrbi hujus deſcriptionem tradiderunt *Sennertus, Dolæus &c.* ſimile vero exemplum *Frib.*

ac ſingularia de membro virili ejusque morbis, *Mangetus, Dolæus, Donatus, Joh. Frid. Blavv. plurimique alii in M. C. allegati Auctores &c.*

Obſervat. VI. De maximo teſticuli tumore inflammatorio, ejusdemque ac ſcroti ſupervenientibus ulceribus.

TExtor lanarius Weiggersheimenſis quinquagenarius poſt teſticuli dextri contuſionem ſingulis fere annis illius ejusdemque tumore inflammatorio laboravit, ſicut menſe Febr. Ann. M DCC IV. talem quoque diſcutientibus reſolvi; poſt vero menſe Octobri teſticulus iterum valde intumuit, & tamen iter trium milliarium pedibus ſuſcepit, quare tumor iſte inflammatorius adeo accrevit, ut urceum vel vas 40. circiter unciarum fere æquaverit, ac diſcuti amplius nequiverit: hinc emplaſtr. & cataplaſm. emollient. cum aſſociatis abſceſſum aperientibus per plurima in ſcroto ſuborta foraminula materiæ purulentæ exitum promovi, quæ foraminula in unum ad palmæ latitudinem coiverunt, & ſic ipſius teſticuli denudati ulceri detergentibus magis ſuccurri potuit; poſtea abſceſſus more aliorum ulcerum ſecundum meam præſcriptionem per balneatorem paganum fuit tractatus:

interne

interne traumatica, abſorbentia, balſamica, nitrata & analeptica propinavi; hocque modo ſiniſtra valetudine utens, qui deligationis tempore plerumque lipothymia corripiebatur, poſt puris menſuræ non unius tantum per apertum ſcrotum & etiam urethram excretionem, intra paucarum hebdomadum ſpatium priſtinam recepit ſanitatem, relicto tamen unico exiguo foraminulo, quod poſt tertium demum menſem fuit conſolidatum.

Scholium.

TEſtium ulcera a *Barbett. Jonſton. Dol. Munnick.* &c. valde periculoſa, ſæpeque in cancrum aut gangrænam abeuntia judicantur.

Eodem tempore, quo civis hic curæ meæ ſeſe ſubjecit, filius meus, unius anni tunc puer, inflammatione teſticuli ad pugni virilis magnitudinem inde intumeſcentis correptus, quæ indeſinenti tamen fomentatione diſſipata, imminensque ſuppuratio prohibita fuit.

Inflammationum atque abſceſſuum teſticulorum curationes non abſimiles annotarunt *Hildan.* & *Ludovici,* qui & tumorem teſticuli periodicum communicavit, & alium memorabilem *Paullini,* *item Excellentiſſimus D. D. J. M. Hoffmann. Patronus atque Promotor meus colendiſſimus.* Ex contuſione ſuppuratio ibidem facile contingit, ut

obſervavit *Excellentiſſ. D. D. Wedel.* & ex eadem cauſa teſticulus in cartilaginem abiit *in M. C.* imo in os duriſſimum degeneravit *ex obſ. Wagneri.*

A lue venerea teſticulos exulceratos deſcripſerunt *Hildan. & Dolæus*, & ab eadem cauſa ſcroti atque veſicæ fiſtulas *Marchettus*, qualem fiſtulam in perinæo veſicæque collo a gonorrhæa ſimplici in principio adſtringentibus male curata, cum Caſſellis degerem, ipſe vidi in viro ſanationem a chirurgis ibidem expectante, cujus caſus *in diſp. mea inaugurali de inflammatione veſicæ urinariæ* quoq; mentionem feci. Oſcheo-didymo-hydroſarcocelem communicavit *Hartmannus in M. C.* in quibus etiam teſticulorum coalitorum hiſtoriam legimus.

Tumidorum teſticulorum occaſione unicum adhuc addam caſum: Ann. M DCC V. Vir quinquagenario major ab uxore juvenili, laſciva, diſcordi & moroſa impotentiæ accuſabatur, & ob teſticulos ſatis craſſos hujus culpæ non expers cenſebatur: ſed a conſultis mecum tribus celeberrimis Medicis inſons pronunciatus fuit; uti eventus poſtea docuit, comprobavitque. Alias non ſimplici vice viri etiam honeſtiſſimi quinquageſimum annum ſuperantes de ſegnitie, & ſæpius etiam impotentia in debito conjugali perſolvendo apud me conqueſti ſunt, cujus rationem ex *Hippocr. Ariſtot. & Galen.* reddidit Zacchias.

Obſerv.

Obſervat. VII. De fungoſa uteri excreſcentia fluori albo ſuperveniente.

POſtquam cujusdam ex hoc oppido civis uxor quinquageſimo anno propinqua per integrum annum emanatione ſanguinis ex utero, eoque finito per tres menſes loco ſanguinis albo fluore, gonorrhææ virorum nothæ inſtar, perpetuo laboraverat, atque remedia ab obſtetrice propinata uſurpaverat; tandem, cum jam lectum petere propter conjunctam emaciationem, diarrhæam, anorexiam, ſodam, ut & tonſillarum tumorem, viresque proſtratas fuiſſet coacta, die 6. Jun. Ann. MDCCV. meum imploravit auxilium: ad diſſipandum igitur hocce malum medicamenta terebinthinata, abſorbentia, tonica, antimoniata, atque ex lignis parata, nec non cataplaſmata ac gargariſmata conſului; quibus die 10. tonſillarum tumor ceſſit, diarrhæa quoque cum ſoda admodum moleſta remiſit. Interea intra orificium uteri internum tumor cum dolore & fœtore ſe prodebat, quotidie augmentum ſumens, donec die 20. craſſæ caudæ inſtar extra uterum & corpus promineret; hinc obſtetricem tentare juſſi, num digitis ſolicita & cauta ſeparatio & ex-

tractio inſtitui queat? quæ etiam ſed non ſine ægrotæ doloribus ex voto ſucceſſit, & ita caro per totam ſubſtantiam fungoſa, extus glabra, fœtidiſſima, rotunda, parum depreſſa, 15. pollices circiter in longitudine & 10. in circumferentia complectens, coloris ſubfuſci cinerei &c. extracta fuit. Die 25. omnia ſymptomata mitiora ſeſe præbuerunt, fluor enim albus erat imminutus, nullusque amplius ſentiebatur dolor, de cibi appetentia ſolummodo adhuc amiſſa & laſſitudine conquerebatur; unde eſſent. amar. atque decoctum præſcripſi, quibus remediis divina Bonitas ita benedixit, ut miſeræ ægrotæ fluor albus paulatim deſierit, appetitus cibi cum reſtauratis viribus redierit, tamque firma ſanitas ad præſens uſque tempus ſubſecuta fuerit, qualem per aliquot retro annos non obtinuit.

Scholium.

EXcreſcentiarum uterinarum parum ab hac differentium, (niſi quod plerumque lethales fuerint,) hiſtorias communicarunt *Ruyſch. obſ. med. Henr. van Roonhuyſen obſ. chir. Meckeran. Barthol. Seger. Zvvinger. Schultz. Kerkring. it. Joh. Theod. Meren de rara uteri virginis excreſcentia in M. C. Conf. quoque Excellentiſſ. D. D. Lentil. Archi-*

atr.

atr. Wirtenb. &c. Patron. meî admodum venerand. Pechlin. Paiſen. M. C. &c.

Obſervat. VIII. De fœtus mortui ex utero matris maxime enervatæ extractione, ſuperſtite matre.

PRimipara textoris pagani ad omnem Tubarim habitantis uxor, viginti circiter annorum, Ann. M DCC II. ab obſtetrice aliisq; vicinis mulieribus ruſticanis, nec non moroſo ſuo marito per totum 4duum ad promovendum fœtum miſerabiliter vexata ita tractabatur inepte, ut tandem vires fere omnes deficerent, morsque ipſa in limine eſſet; hoc in ſtatu ab iſtius loci Paſtore marito fuit injunctum Phyſicum Weiggersheimenſem cum chirurgo ut acceſſeret; quo facto ad parturientem feſtinantes iſtam a partus conatibus admodum debilitatam invenimus cum vomitibus, paſſionibus hyſtericis &c. ſubinde moleſtis, maximoque pudendorum tumore; fœtus vero per biduum vel triduum jamdum mortui caput tumidum per uteri orificium parum prominens cum oſſibus bregmatis confractis obſervavi. Hinc ſummo vitæ periculo ſtatim demonſtrato, mixtura ad ſuſcitandos nixus incaſſum propinata, anceps quam nullum

nullum experiri malui remedium, & primum operam dedi, ut remediis in- & externis lipothymiæ & paſſionibus hyſtericis reſiſteretur: deinde mulierem ſupinam cum cruribus elevatis juſſi in lectum poni, utque capitis cutis incidatur, de oſſibus bregmatis confractis, frontis atque occipitis, quantum poſſibile fuerit, ſuſpenſa manu reſcindatur, cerebrumque cochleari eximatur, conſului: demta ſic capitis inſigni portione fœtus facilius extrahi potuit; poſtea puerpera hæc a diris iſtis ſymptomatibus ſeſe recollegit, & quantum ſcio adhuc ſanitate fruitur, atque in vivis exiſtit.

Scholium.

QUando fœtus ab aliquot jam diebus extinctus, & vires matris a partu ſunt debilitatæ, ſimulque vomitus atque convulſiones adſint cum inſigni pudendorum tumore, his in caſibus res eſt deſperata, & chirurgiam ſæpe reſpuit *ſecundum Dolæi Encyclop. chir.* Etiamſi autem convulſionum epilepticarum inſultus nondum acceſſerint, cum tamen paſſio hyſterica ab epilepſia non differat niſi parte affecta, *conf. dec. ſeq. caſ. 6. pag. 29* hinc clare apparet, e quanto vitæ diſcrimine, auxiliante divino Numine, hæc mulier evaſerit.

Sequentem forſan non diſplicebit adjunxiſſe caſum: Ann. MDCCIX. hujus loci mulier profuſiſſima uteri hæmorrhagia cum abortu embryonis

is fabæ minoris magnitudinem non excedentis orripiebatur, cujus abdomen nondum fuit cute ectum, inteſtina tenuiſſimorum filorum ſerico-um inſtar propendebant, hepatis oculorum, oris, udendi fœminini, digitorum &c. rudimenta quoque manifeſte cognoſci potuerunt; poſt excluſum hunc fœtum prædicta uxor ad propinata neceſſaria remedia paulatim vires atque ſanitatem recuperavit.

Obſervat. IX. De particulari trium poſteriorum manus ſiniſtræ digitorum paralyſi.

IUvenis hujus loci, poſteaquam plurimos vini ſcyphos exhauſerat, erectus amplius ſedere nequibat, ſed capite maxima vini quantitate obruto cum ſubjecta manu ſiniſtra ſcamno ſe imponit ligneo, dum expergiſcitur, tres poſteriores manus ſiniſtræ digiti & ſenſu & motu privati in eo ſitu perſiſtunt, in quem a dextra manu collocati erant; cum nunc varia ſed omnia fruſtra uſurpaſſet, tandem officii ſui exercendi anxius poſt octiduum mense præcedentis anni Junio a me expoſcit medelam: eſſentiam igitur nervinam & ſpiritum externum præſcripſi, quibus & vapore ex ſpiritu vini accenſo brachio & manui bis per diem applicatis intra aliquot dies dictorũ digitorum ſenſu & motu iterum, annuente Clementia divina, donatus eſt. *Scho-*

Scholium.

HIs aliisque remediis variis ſimilibus morbis vexatis, præſertim murario, de cujus affectu *dec. ſeq. caſus 9.* agit, ut & eodem tempore quo hæc ſcripſi, juveni ruſticano vicino, iisdem omnino, ac murarii hujus, (excepta tantummodo muſculorum tibiam flectentium contractione,) ſymptomatibus afflicto, Dei auxilio feliciter ſuccurri.

Paralyſin digitorum particularem ex baſilicæ V. Sne *Juſt. Frid. Dillen. in M. C.* communicavit.

Paralyſin gulæ particularem in Præfecto quodam hic in vicinia Ann. MDCCVI. bono cum Deo curavi, atque ab hoc tempore intima ejus ſum gaviſus amicitia, quam lethalem reperit *Hannemannus.*

Conf. inf. p. 71. 72. & 121. aliaque plura de paralyſi notatu digna *in M. C. hinc inde obſervata.*

Obſervat. X. De uvulæ & faucium exulceratione, una cum profundis univerſi corporis ulceribus ſcorbuticis.

CUm lanionis atq; cauponis pagani vidua per aliquot hebdomades æſtu, doloribus artuum, ſumma virium laſſitudine, ulceribus univerſi corporis cruſtoſis, malignis, profundis, fœtidiſſimis, una cum uvulæ atque faucium exulceratione, (unde raucam per nares

edebat

edebat vocem) &c. laboraſſet, & plurima remedia fuiſſent fruſtra adhibita, tandem, illa ad filiam deportata, meum expetitur conſilium; præmiſſis ergo præmittendis decocta antiſcorbutica præſcripſi: quibus ſolis decoctis aliquantum continuatis ab hoc contagioſo affectu, (filia enim cutis maculas rubras ſcorbuticas quamplurimas cum anorexia & virium proſtratione, generq; fœdam ſcabiem inde reportarunt,) fuit liberata, licet ab ingratiſſima ditiſſimaque hac vetula ſit ſolvendum adhuc pro labore debitum.

Scholium.

JUxta *Ettmülleri* ſententiam nullus affectus magis eſt affinis lui venereæ præter ſcorbutum.

Hæc & ſimilia decocta in ulceribus difficulter curabilibus ſæpius admodum proficua obſervavi; ut ex plurimis unicum tantum proferam exemplum: honeſta uxor per aliquot annos copioſa faciei ulcuſcula ſinuoſa patiebatur, cui inter alia neceſſaria ejusmodi præſcripſi decocta, adhæc illa fuere ita radicitus ſublata, ut jam per quadriennium nihil amplius de iſtis ſenſerit. De narium ulcere conf. dec. ſeq. caſ. 10.

Ulcerum occaſione ſequens adhuc exemplum adſcribere forſan hic quoque non erit incommodum: menſe Novembr. Ann. MDCCV. Muſicus hujus loci dolore nephritico præſertim renis ſiniſtri laboravit intenſiſſimo, tandem in ejus regione

ne puſtulæ eruperunt, ex quibus arenulæ exprimebantur, illis ſimiles, quæ cum urina fuerunt excretæ; paucis tamen remediis a me propoſitis dolor iſte, benedicente Deo, ceſſit.

Arenulas cum ſanguine exeuntes obſervavit *Hannemannus*, & ſudorem arenoſum, cryſtalliſatum, cruentum, porraceum, oleoſum, pinguem, verminoſum, pedicularem, lacteum, melleum, urinoſum, ſtercoreum, atrum, miniatum, cœruleum, luteum, croceum, rubicundum, viridem, cereviſiæ, vini rubri, aut vino ſimili, odoris violacei, allii, moſchati, &c. *Albrecht. Paullin. Joh. Jac. Vicar. Joſ. Lanzon. Garliep. aliiq; paſſim. in M. C.* item viſcidum ſalutarem, *ibid.* Inſcript. l. 13. add. *cum* & Auctor. Indic. l. 21. *Siegmann.* qualem & ego aliquoties, ut & alium ſub acidularum Egranarum uſu tunicam nigram maculis albis tingentem obſervationibus meis addidi.

Alias ſudorem unius tantum lateris notarunt *Georg. Franc. de Franckenau, Rommel. Barth. Joh. Ott. Hannemann. Sam. Ledel &c.* Per-rara etiam eſt hiſtoria mihi nuperrime relata de puella quadam, cui ſudor ex oſſis frontalis regione, nec ullo alio loco copioſiſſime proveniebat, ita ut hujus ſudoris (cujus aliquot mihi oſtendebantur menſuræ) non una tantum amphora ſecundum ægrotæ Dn. Parentis aſſeverationem fuerit collecta.

13

J. N. J.

Caſus Medico-Chirurgicus De EFFRACTVRA CRANII

&

Subſecutis graviſſimis ſymptomatibus divina gratia ex voto curatis, Cum notis de capite ejusque affectibus,

in quibus

Extracta plurimorum Auctorum Anatomica atque Practica,

interque hæc

Theoph. Boneti Sepulchreti ſeu Anatomiæ Practicæ, cum additamentis Joh. Jac. Mangeti, liber I. a ſect. 1. ad 21. & lib. II. ſect. 2. ὡς ἐν συνόψει & velut in tabula,

Nec non in calce

CASUUM MEDICO-CHIRURGICORUM

de capitis præcipue paſſionibus, rariorum, DEO benedicente feliciter curatorum

DECAS,

una cum Auctorum, horumque allegatorum librorum & rerum Indicibus continentur.

Auctore

D. JOH. MATTHIA MüLLERO, MFrancof.

Phyſico Cüntzelſavii ad Cocheram ordinario, Academiæ Leopoldino-Imperialis Naturæ Curioſorum Collega GORGIAS vocato.

Impenſis Auctoris

Litteris Georgii Michaëlis Mayeri, Typographi Suevo-Hallenſis, An. 1712.

INCLVTAE. &. LIBERAE.
SACRI. ROMANI. IMPERII.
REIPVBLICAE.
FRANCOFVRTENSIS.
AD. MOENVM.

PER-ILLVSTRIBVS. MAGNIFICIS.
GENEROSISSIMIS. EXCELLENTISSIMIS.
CONSVLTISSIMIS. NOBILISSIMIS.
AMPLISSIMIS. ET. PRVDENTISSIMIS.
DOMINIS.

DN. PRAETORI.
DNN. CONSVLIBVS.
SCABINIS.
SYNDICIS.
SENATORIBVS.

PATRIAE. PATRIBVS. VIGILAN-
TISSIMIS. DOMINIS. SVIS.
GRATIOSIS.

ATQVE.
PER. OMNEM. VITAM. QVAM. SVB-
MISSISSIME. VENERANDIS.

VIRI

Per-Illuſtres, Magnifici, Generoſiſſimi, Excellentiſſimi, Conſultiſſimi, Nobiliſſimi, Ampliſſimi, & Prudentiſſimi, Domini omni ſubmiſſione atq; reverentia colendi!

QUoties, Patres Conſcripti, animo mecum penſito, (fieri autem hoc ſæpius ſolet,) ſub Magnificent. Generoſitat. Excellent. & Nobilit. Veſtrarum Tutela me fuiſſe enutritum atq; educatum, & in Veſtro celeberrimo Gymnaſio prima ſtudiorum meorum a Clariſſimorum Virorum Præceptis inſtitutisque hauſiſſe fundamenta, toties hæc omnia in præcipuis fortunarum mearum partibus ponenda eſſe exiſti-

xiſtimo, dulceque Patriæ nomen
nujusque Deos Tutelares Viroſq;
Principes venerabundus ſuſpicio.

Quemadmodum igitur hæc ſingu-
a ſubmisſisſima ſæpius animi devo-
ione recolo, ita publice hoc literario
qualicunque munuſculo Vobis Pa-
riæ Patribus meam obſervantiam
eſtari, & Per-Illuſtribus, Magni-
icis, Generoſiſſimis, Excellen-
iſſimis ac Nobiliſſimis Veſtris
Nominibus Elucubrationum mea-
um primitias humillime conſecrare
onatus ſum, penitus confidens, fore,
t molam hancce meam ſalſam, cum
hura non habeam, ſerena fronte be-
igniſſime dignaturi, & me nec non
nea literarum ſtudia, ſi quæ ſunt,
ratioſo Veſtro Favore Adfectuque
ngulari in poſterum quoque beaturi
tis.

Qua

Qua ſpe fretus pro omni peren-
nante Veſtra felicitate aſſiduis ma-
gnum illud ſummumque Numen
fatigare precibus non ceſſabo. Qui-
bus ipſis etiam ſpondeo me per om-
nem vitam permanſurum eſſe

Per-Illuſtr. & Generoſiſs.
V. V. V.

Exc. Exc. Exc. & Nob. Nob.
Nobilitatum &c. &c. &c.

Devotiſſimum atq; Humillimum
Cultorem

Joh. Matthiam Müllerum, D.

NOBILISSIME atq; EXCELLENTISSIME

DN. DOCTOR,

Fautor plurimum honorande.

QUamvis tot tantaq; elogia, quibus me humaniſſimæ Tuæ literæ mactant, minime competere mihi probe noverim, ſimilibusque ideo animus haud moveatur deliciis, adfectum tamen benevolum, quem ſic conteſtari voluiſti, haud parum æſtimo, eundem parili cultu, quantum præſtare potero, ſemper excepturus. Caſus medico-chirurgicos, quos communicare mecum placuit, perlegi, ſingularemq; Tuam in evolvendis tot meliori-bus in arte Medica ſcriptoribus ſolertiam, indefeſſam in curandis morbis iſtis dexteritatem, atque doctum in iis exponendis judicium non poſſum non comendare, ideoque ut ſcriptum hoc Tuum inveniat æquum & gratum editorem, & quem, præter Divinam gloriam, ac proximi commodum, intendis ſcopum feliciter adſequatur, majusq; ſic, quod Virtus Tua meretur, producat fortunæ Tuæ incrementum, voveo! Vale. Auguſtæ Vind. 6. Idib. Julij A. 1711.

NOBILIS. Tuæ EXCELLENTIÆ

Cultor ſtudioſiſſimus

LUCAS SCHRöCKIUS,

D. Conſil. Archiat. & Com. Pal. Cæſ. Nob. Acad. Cæſ. Leopold. Nat. Cur. Præſes.

VIR NOBILISSIME, EXCELLENTISSIME atque EXPERIENTISSIME

Dn. DOCTOR,

Fautor & Amice honoratiſſime!

PRopenſum, quem erga me humaniſſimis conteſtatus es literis, affectum, ſimili prorſus excepi affectu, nil magis in votis habens, quam ut eundem re ipſa declarare poſſim. Decadem deſignatam caſuum Medico-Chirurgicorum, animo, ut ingenuo fatear, in varias interpellationes diſtracto perlegi, perplacuit ordo, ſingularis perplacuit ſolertia &c. Eluceſcet enim exinde ingenii tui felicitas ex ipſa etiam brevitate, praxeosq; dexteritas ex caſibus, etſi paucis, tamen ſelectiſſimis. Communicavi exaſciatiſſimum tuum ſcriptum Excellentiſſimis Dnn. Collegis meis, perlegit id primo Venerandus noſter Senior D.D. Bruno, ſed tum temporis gangræna pedis dextri lethali correptus & d. 13. Octobr. vivorum ordini exemtus cœlitibusq; adſcriptus, reſponſum deſignare haud potuit, Honoratiſſimi alterius Collegæ D. D. Bajeri animi ſenſa adjecta Scheda declarabit. Vale Vir Excellentiſſime, & in ſeculi decus feliciſſimè vive.

Nobil. Exc. T.

omni affectu addictiſſimus

JOH. MAURIT. HOFFMANN, Phil. & Med. Doct. Conſiliar. & Archiat. Ducal. Onoldo-Brandenb. in Univerſit. Altdorf. Chem. Botan. & Anat. Prof. Publ. Inclutæ S. R. J. Liberæ Reipubl. Norimb. Med. & Acad. Leopoldino-Imperial. Naturæ curioſorum Adjunctus, Heliodorus dictus.

Tametſi

** ** **

TAmetſi alienus eſſe conſueverim a dijudicandis aliorum conatibus atque ſtudiis, nihilominus quia Vir Nobiliſſimus & Clariſſimus Dn. Joh. Matth. Müllerus, Med. D. & Phyſicus Cünzelſavienſis digniſſimus, de ſuis in publicum dandis elucubrationibus ſententiam meam deſiderat, hanc declarare paucis candide volo. Inprimis autem applaudo induſtriæ laudabili & in morbis difficilibus curandis felicitati. Neque etiam improbo cordatam intentionem, typis mandandi rariores caſus in Praxi Medica hactenus a Viro Clariſſimo obſervatos, ſiquidem talium notitia philiatris non poterit non prodeſſe &c. De cætero fauſtum egregii laboris ſucceſſum Viro Clariſſimo animitus apprecor, ſicuti ſingularem quoque eruditi orbis applauſum exinde me viſurum omnimode confido.

JOH. JACOBUS BAJERUS,
Doct. & Prof. Publ.

** ** **

NObiliſſimi & Experientiſſimi Dn. JOHANNIS MATTHIÆ MüLLERI, Mœno-Francofurtenſis Medicinæ Doctoris & Phyſici Cünzelſavienſis Præfationem in Caſuum Medico-Chirurgicorum compoſitorum atque graviſſimorum, Deo benedicente & annuente feliciter curatorum Decadem attente legi, & ex ea promiſſam tractandi methodum cum annexa primi caſus de fractura cranii hiſtoria intellexi. Cum igitur videam atque confidam, hunc Tractatum ſecundum promiſſam methodum eximiam publico utilitatem allaturum eſſe, illum non poſſum non probare, atque Nobiliſſimi & Experientiſſimi Domini Autoris propoſitum impenſe laudare.

J. G. WINTHER,
Phil. & Med. Doct. & hujus Profeſſ. primarius Rinthelienſis.

Nobi-

Nobiliſſime, Excellentiſſime atque Experientiſſime
DN. DOCTOR,
Patrone Colendiſſime!

EX eo tempore, quo per doctiſſimum alloquium, comērciumq́; Collegiale, famam de Te haud vanam eſſe perquam ſatis edoctus ſum, vix ego ad lares meos ex ſuſcepto itinere redux, animo ſemper volvebam, omnia de Te adhuc dum ignoto, mihi votis ex aſſe correſpondiſſe; quali enim affectu & candore, ſingularique exceperis me humanitate, teſtis erit Illuſtr. Dn. noſter Patiens Kocherſtettenſis, & in hujus ſalutem haud fruſtra initum conſilium, adeo, ut de ſumma induſtria ſingulariq́; ſtudio bona ſemper harriolans, non fruſtra me judicaſſe, totus jam ſim perſuaſus. Idque eò magis, cum in terſiſſimis Tuis literis, in arenam, ut judex & arbiter, indefeſſi laboris, ſcripti Tui Medici elegantiſſimi pariter ac deſideratiſſimi provocatum me videam. Non Te deterruit ſcientiarum ac diſciplinarum, Medicinæ præprimis noſtro hoc ſeculo indeptum incrementum, nec animum retraxit multitudo noviter inventorum, quibus eruditus orbis obrutus quaſi, laſſatur magis, quam ſatiatur, haud immemor forſan ſapientiſſimi Romani, Annæi Senecæ dicterii: Multum egerunt, qui ante nos fuerunt, nec tamen peregerunt, multum enim adhuc reſtat operis, multumq́; re-

ſtabit &c. Increvit magis animus ad majora perveſtiganda, & ex abyſſo quaſi Medicinæ noſtræ in ordinem concinnum ea revocanda, quæ â multis aliis hactenus relicta fuere intacta. Repetita Lectione perquam mihi innotuit illud, quod trutinationi cenſuræque meæ ſubjicere placuit, ſimiliter Filius meus, Te humaniſſime reſolutans, cum attentione perlegit, eoq; abundanti affectu gratulatorio pleniſſime remitto, quo me in perdocta epiſtola aggredi voluiſti. Hoc opus elegantiſſimum, & ſingulare indefeſſæ ſedulitatis & Eruditionis Tuæ ſpecimen, quo Nominis Tui celebritatem glorioſe augere, nec minus Bono Publico prodeſſe cupis, dignum eſt, ut omnibus Medicinam amantibus pateat atque inſinuetur. Majus certe inde reſultabit gloriæ laudisque Tuæ præmium, quod in evidens Reipublicæ noſtræ Medicæ emolumentum, viris in arte conſpicuis modo adeo laudabili notum Te facere non deeſſe volueris; nec minori encomio excipient Te Tyrones, noviter Praxin inchoantes, quia perſpicaciſſimo ſcribendi genere, filo quaſi Ariadnæo, eos in ampliſſimum Medicinæ campum, multorumque Autorum notitiam compendioſe introducere allabores. De cætero, ne æquiſſimæ Tuæ petitioni deſim, paucis hiſce verſiculis auſus Tuos commendare volui, quos ſi æquo accipere animo haud graveris, eſt quod obnixe rogat

Nobiliſſimi Tui Nominis

Cultor paratiſſimus
D. BILGER.

Hanc

HAnc TIBI Bilgerus mittit, Müllere, ſalutem,
Abſens & præſens, corpore, mente Tibi.
Hocce Tuum legit ſpecimen pernobile lætus,
O quam digna Viro ſcribis, Amice, bono.
Te Medicum oſtendunt doctum Tua ſcripta Galenum,
Felicem Hippocratem Praxis & ipſa probat.
Ipſe graves noſti Medicamine pellere morbos,
Ingeniumque Tuum ſublevat arte malum.
Nunc eadem ſcribens aliis quoque tradere doctus
Percupis, hoc cunctis eſt opus, euge! bonum.
Bis Tibi ſe certe mortalia corpora debent,
Pellis, & hic morbos pellere rite doces.
Præmia digna feres, in terra laude beatus,
Laudibus ingenii crede ferére Tui.

In debitæ obſervantiæ & ſinceræ amicitiæ teſſeram appoſuit

JOH. FRID. BILGER, D.
Sac. Cæſ. Maj. Conſiliar. & Archiat. Lib. Imperial. Civ. Eſsling. Phyſ. Prim.

QUantus apud Danaos Podalirius arte medendi,
Phillyrides Chiron quantus & ipſe fuit:
Tantus in arte Tua, Francis, Müllere, videris:
Tantum revera Te Tua ſcripta probant.
Auctorem commendat opus! nobis doctiſſimus eſto,
Talia quæ ſcribis, quæ bona multa ferent.
Quod Tua penna dedit, roſos certe ſapit ungues,
Legi, quæ certe ſpernere nemo poteſt.
Perge Tuo cunctis ſtudio prodeſſe ſubinde,
Fama feret merito nomen ad aſtra Tuum!

Ita Nobiliſſimo & Præclariſſimo Dn. D. Müllero, Medico Celeberrimo gratulabundus accinit

PHILIPPUS FRID. BILGER, I
Phyſ. Ordin. Eſsling.

Epiſto

VIRO
Nobiliſſimo atque Excellentiſſimo
JOANNI MATTHIÆ MüLLERO,
Medicinæ Doctori & Practico Cünzelſavienſi
Celeberrimo,
Amico, Compatri & fautori SUO longe cariſſimo,
S. p. d.
M. CHRISTOPH. GOTHOFR. BARTHIUS,
V. D. M.

COnſideranti mihi ſingulare tuum, Excellentiſſime Vir, & propenſiſſimum ſtudium in codices antiquos æque & recentiores Medicos, ſæpius idem evenit, quod Plinio juniori contigit, cum majoris Plinii, matris ſuæ fratris adfectum in quoſuis libros, quorum ne ullum contempſit, ſed tam malum non eſſe, quin non aliquid boni in bonum redundet lectorem, cenſuit, pro merito fuerit admiratus. Sane, alia hodie quammultis, Eruditorum tamen nomina tueri conantibus, mens ſententiaque eſt, qui codices medicos, vel antiquos mathematicos, aut alterius argumenti, exules eſſe jubent, & ipſis ne locum quidem in Bibliotheca ſua concedunt. Qui hoc ipſo cœcam ſuam produnt ignorantiam, & quam male rerũ retia teneant, ultro teſtantur. Qua ſorte non ita pridem multos rei medicæ Doctores in manus tuas doctas incidiſſe, lætus ipſe vidi, legi,

&

& hac ipſa ratione M. Vitrunii de Architectura lib. X. cum libris de aquæ ductibus Julii Frontini, nec non Pauli Æginetæ Medici, Honorii Imperatoris tempore florentis opera, & Albertini Bottonni Nobilis Patavi de vita conſervanda, tua liberalitate meis adnumeravi. Rideo ſanè hoſce homines, eruditionem unam illam artem pro cathedra perorandi, aut ut rectius ſcribam, inepte & ſtentorea voce clamandi, in qua ne ſic quidem ſatis verſati ſunt, perperam putantes. Et tu quoque Vir Nobiliſſime, ridebis eos, quibus ſunt tecum comunia Medica ſtudia, & tamen ne unquam conſulentes mortuos ſuos, h. e. auctores, qui de ſanandis corporibus aliquid memoriæ prodiderunt. Hos reſuſcitare ſua diligentia, & ab oblivione vindicare, Medicos Doctores decet. Qui idem profecto Tibi animus eſt, antiquos æque ac recentiores evolvens, & quæ caſibus tuis conformia & exacte reſpondentia profeſſi ſunt, prudenter notans, judicioque tuo ad examinandum proponens. Non comeſſationibus, aut conis ludendo, aut lites movendo, aut peſſime calumniando, & quod tuum eſt, ut multi, negligendo, inaniter tempus perdis. Abſit, abſit à Müllero noſtro, ſtudiis litterarũ quam maxime intento, nec non reſtituendæ ægrotantum, quantum Dei gratia in ſe eſt, ſaluti. Quoties tecum conſuetudine uſus ſum

(factum

factum id autem pro noſtra in litterarum ſtu-
dia aviditate ſæpius) toties ſane de antiquo-
rum præceptis inſtitutisque peræque ac de no-
tri ævi doctorum ſententiis in cauſis natura-
ibus indagandis, diſputavimus. Non, ut ſolent
lli graves & ſancti viri, ſi diis placet, anilibus
abulis inhiantes, aut famæ aliorum detrahen-
es, tacitis annis conſenuimus. Hoc agant, qui
gunt, quod bonos offendit, quod onerat, ſi
quam habent conſcientiam, quam quidem ja-
ctitant publice, & aliis, ut ſervent illæſam, ipſi
quotidie ſuam lædentes, viam præſcribunt, qua
nunquam inceſſerunt. Artis enim apud bene
multos hodie eſt, in nomine Domini peſſime
emporibus, horisque, quibus nihil pretioſius,
buti. Quam longiſſime à vivendi tua ratione,
Experientiſſime Vir, hoc omne cenſendum ſit,
eſtis erit, omni fide major, graviſſimum, quod
n lucem publicam emittis de raris & haud ob-
viis caſibus, medicis Medico-Phyſicum opus.
ſtupendi laboris res eſt, innumeros in ſenten-
iam ſuam vocaſſe Doctores; è quo licebit
colligere, qui aliorum placita ſcite novit ſuis
ddere, eum non poſſe non ſingulari valere
udicio. Ad varios provocas, quorum dulcia
mihi ſunt nomina, horumque è numero *Fri-
dericum Hofmannum*, Halenſem & Philoſophũ
c Medicum Regium, quem Auguſtiſſima Po-
ruſſorum Regia Majeſtas ſua dignatur cle-
mentia.

mentia, & quem ego olim Patronum & ſtudiorum meorum Promotorem ſummum expertus ſum, nec non hodie reverenter colo. Efflagitaſti judicia excellentiſſimorum, qui Altdorfi florent, Medicorum, è quibus *Joannem Jacobum Bajerum* cum biga fratrum ſingulariter venerandorum, Virum de rebus curioſis Phyſico-Medicis nec non omni eruditionis genere excellenter merentem, piiſſime veneror. Ut taceam vel principes quoſvis Medicos Doctores (quos more majorum conſuluiſti, aliis enim etiam ſubjiciendum, quod placere & ſemper & omnibus cupis) operi tuo album calculum adjeciſſe, illudque veterum FELICITER! adclamaſſe. Noli itaque ceſſare in edendo, quod prudenter & re bene acta meditatum eſt, ſed eat in publicum, quod publice jam profuit bene multis. Abiice metum de charta inutili, (quam patrio ſermone maculatur ajunt) ut non nemo meritis tuis male cupiens & ipſe totus maculis ſcatens & corporis & animi TIBI maculam adſpergere, pro more ſuo ad laboravit. Si Dei gloriam, morbis preſſorum ſalutē, temporis bene locati rationem reſpicis, ut omnino intendes, favebit numen, gratulabuntur patroni, quid Tibi cum nullius frugis homuncionibus? Vale, & rem tuam ex voto perfice, atque, ut ſoles, Barthium tuum poſthæc etiam noli non amare. Vale! Ipshemii ad amnem Ayſſum de XII. April. CIↃ IↃCCCX.

J. N. J.

PRÆFATIO.

SI quis quascunq́; medicæ artis partes acutiſſime indagare conaretur, is laborem plane herculeum in ſeſe ſuſcipiet: Si inquam ille, qui præmiſſis ſtudiis humanioribus laudatam artem adoriretur, ea ratione, ut ad omnium atque ſingularum ejusdem partium ſummum faſtigium, ſicut hodie quævis eſt explicata, pervenire ſibi præſumat, perſuadeatq́;, hic profecto ſpe ſe ipſum lactabit inani: In ambiendo enim principatu peritiæ Anatomicæ, vel Botanicæ, vel Chirurgi-

cæ, vel chymicæ, vel Pharmacenticæ, &c. (quarum cujuslibet hodiernum ſtudium ſibi ſoli virum requirit, poſtulatque,) tanta præſto erunt negotia, ut in pluribus partibus excellentiſſimum ſe præbere vix valeat; (a) Niſi ſufficientem reliquarum Medicinæ partium notitiam pro bene ſtabilienda praxi, vel praxin ipſam negligere penitus velit; Cum tamen artis Medicæ ſcopus, (præter Juſtitiæ in quibusdam cauſis adminiſtrationem curatiorem, (b)) ad (c) ſanitatem corporis

(a) Roſin. Lentil. Tab. Conſult. Med. in Præf. p. m. 18. (b) Joh. Bohn. Offic. Med. Forenſ. c. 1. p. m. 532. Mich. Bernh. Valent. Pandect. Med. leg. Paul. Zacch. Quæſt. Med. legal. &c. (c) Frid. Hoffmann. Fund. Med. l. 1. c. 1. §. 1. Joh. Jac. Waldſchm. Inſtit. Med. l. 1. c. 1. §. 10. p. m. 4. Dan. Sennert. Inſtit. Med. l. 1. c. 1. p. m. 1. Gothofr Mœb. Inſtit. Med. l. 1. c. 2. p. m. 5. Petr. Severin. Id. Med. Phil. c. 2. p. m. 10. Aur. Corn. Celſ. de re med. præf. p. m. 5. a. Paul. Æginet. de re med. l. 6. c. 68. p. m. 580. f. Jul. Alexandr. Salubr. l. 1. c. 3. p. m. 3. & l. 23. c. 1. p. m. 534. Joh. Dol. Encyclop.

poris humani viventis, quantum ars valet docta, integram conſervandam, vel labefactatam reſtituendam, unice dirigatur.

Veterum jam Medicorum ævo Medicæ artis, (ob ejusdem difficultatem, & rerum diſcendarum copiam, (d)) pomæria lata æque ac diffuſa fuerunt, ut, judicante Hippocrate, (e) illis ſatis peragrandis unus homo, unaque ætas nequaquam ſufficiat, quo minus hodierno tempore, quo Botanica, Chymia, Anatomia, &c. Caput adeo extollunt, datū erit cuidam omnia præſtare.

cyclop. chir. rat. l. 1. c. 6. p. m. 42. a. Bacc. Baldin. comment. in libr. Hippocr. de aq. aër. & loc. p. m. 2. Joh. Manard. Epiſt. Med. 4. l. 4. p. m. 55. Joh. Jonſton. Syntagm. Univ. Med. Pract. prolegom. p. m. 3. Gordon. Conſerv. vit. hum. l. 1. c. 6. p. m. 856. Bieſ. meth. med. c. 2. p. m. 2. b. Galen. meth. med. l. 4. c. 3. p. m. 184. Mich. Bernh. Valent. Curſ. Med. ſ. Med. nov-antiq. prælim. §. 2. p. m. 2. Conf. it. Auct. innumer. al. (d) Johan. Heurn. comment. in Hippocr. aph. 1. Sect. 1. (e) Hippocr. l. c.

Hoc non obſtante, (cum in Academiis ſtudiorum cauſa commorarer,) omnem tamen operam atque curam adhibui, ut omnes atque ſingulas diſciplinas ad medicam artem pertinentes addiſcam; licet autem in nulla recenſitarum partium, ſecundum hodiernam amplitudinem ſummum cacumen attigi; ſpero tamen me Præceptorum (etiam nonnullorum ſub cineribus) colendiſſimorum ductu, juxta hodiernum tractandi modum, tantum didiciſſe, quantum (quod quidem præfiſcini nunc dixerim,) ad morborum cauſas pernoſcendas & medendi methodum pro fundenda Praxi erat neceſſarium.

Et quamvis ſtudia mea nequaquam comparare cenſeam cum præſenti perdocto ſeculo, (probe enim ſcio quid valeant humeri, quidve ferre recuſent,) tamen levidenſe hocce ſcriptum

ptum elucubrare volui, illudque do-ctiſſimis quibuscunque Medicis ad limandum ſubjicere ſum adgreſſus.

Nunquem vero iſtum laborem orbi huic erudito publicum facere fuiſſem auſus, niſi propoſitum mihi eſſet largam Dei Benedictionem, (quam non tantum in horum caſuum curatione, ſed & in tota duodecenni Praxi large effuſeq; donavit,) celebrem reddere, publiceque prædicare, ſimul ac proximo meo inſervire, adhæc ut tandem aliquando pinguior mihi poſſit adfulgere fortuna; Cognitam enim ſatis habent plurimi Medici, curtam ſæpius illorum ſupellectilem, quibusve illa vivendi ratio prematur nonnunquam anguſtiis, quanquam vero mihi non deſit illa, quam vocant, Praxis, eaque plane non modica, tamen cum paucis ad priſtinam valetudinem redeuntibus datum ſit præſta-

re, quod decet, e re mea eſſe arbitratus ſum, litterario eoque medico opere me aliis facere notum, qua via, qui fortunarum incrementa quærit, non male, meo quidem exiguo judicio, ſibi conſulere videtur.

Præ cœteris mihi placuit atque grata fuit materia præſens, cujus ἐπιγραφή:
„ Caſuum Medico - Chirurgicorum
„ præcipuarum corporis humani par-
„ tium compoſitorum atque graviſſi-
„ morum, auxilio Divino feliciter cu-
„ ratorum, Decas. In quorum reſo-
„ lutionibus ex propriis aliorumque
„ obſervationibus totius Medicinæ
„ quaſi Syſtema ὡς ἐν συνόψει, hocque
„ tempore, pars prima tradetur. Qua de mea inſtituti ratione a diverſis celeberrimis Facultatibus & Collegiis Medicis, transmiſſa opuſculi ſciagraphia, expetivi conſilium. Quæ inter Prænobiliſſimum atque Ampliſſimum

civi-

civitatis Eſslingenſis Collegium Medicum conatus hoſce meos approbavit benigniſſime, cui Illuſtris Facultatis Medicæ Rintelienſis Profeſſore primarius Excellentiſſimus D. Joh. G. Winther. Phil. & Med. Doct. conſenſiſſe, calculumque ſuum addidiſſe, verba jamdum ſupra allegata ipſiſſima, ut ita loquar, teſtantur: Cum autem Excellentiſſimus hujus collega Dn. Juſtus Henricus Mangold, Med. & Phil. D. ac P. P. benevolo admodum animo me commoneret, ut & Gratioſiſſima Facultas Medica Altdorffina talem tractandi methodum disſuaderet, animum meum ſuaſu horum graviſſimorum virorum mutavi, laudatus D.D. Mangold dicit: Libros Syſte-„ maticos alias haberi multos in quo-„ libet foro, ac ſeculum hoc curioſum„ delicatiora ac magis conſummata„ circa hanc materiam requirere.„

Excellentiſſimi Joh. Maur. Hoffmanni Phil. & Med. Dris Conſiliarii & Archiatri Ducalis Onoldo-Brandenburgici, in Univerſitate Altdorffina Medicinæ Prof. Publ. Primar. Inclutæ S. R. J. Liberæ Reipublicæ Norimbergenſis Medici, & Academiæ Leopoldino-Imperialis Naturæ curioſorum Adjuncti, Heliodorus dicti, Patroni mei ſumma ſubmiſſione venerandi verba ad me ſcripta ſequentia ſunt: „Vereor, ne dum „in nimiam molem, (poſthac conti-„nuandam) ſit exaraturum opus, „fortean ab impenſis Bibliopolam ſit „deterriturum, aut nimio pretio em-„ptorem avocaturum; Cum itaque, „Fautor optime, meam qualemcunq; „amice expetieris epicriſin, Autor „ſuaſorque eſſem, ut a digreſſionibus „prolixioribus tibi temperes, & quæ „ad argumentorum propoſitorum dilu-

dilucidationem neceſſario requirun- „
tur, ſaltem adjicias, Practicorumq; „
primariorum ſuffragiis & obſerva- „
tionibus confirmes. Noſti quod „
Angli, Batavi, & Galli connatum „
quaſi Germanis vitium illud expro- „
brent, quaſi tantummodo compi- „
latores exiſtant. „ Cui ſuffragatur
illius Excellentiſſimus Collega D. D.
& P. P. Johan. Jac. Bajerus Patronus
meus colendiſſimus: Me quod atti- „
net, ait, ſi laborem ſimilem aggre- „
di tenerer, non niſi hiſtoriam cu- „
jusque caſus, una cum integro cura- „
tionis proceſſu deſcriberem, miſſis „
omnibus digreſſionibus ac theoriis „
generalibus, abunde paſſim legen- „
dis, ut & auctorum copioſis allega- „
tionibus, quæ non proxime ſub- „
ſtratam materiam illuſtrant. Ita „
enim concinnior reddita tractatio „
inveniret ſine dubio facilius Biblio- „

 polam,

„ polam, ſumtus impreſſioni facien
„ tem, & emptores plurimos, qui ali
„ as mole nimia librorum deterren
„ ſolent. Quod ſi tamen e re videre
„ tur, caſibus proponendis exempla
„ parallela ac Teſtimonia inſignia
„ præſtantium medicorum ſubjunge
„ re, id breviter facerem per modum
„ ſcholii, vel animadverſionis, qua
„ methodo pleroſque optimos obſer
„ vationum & caſuum medicorum
„ ſcriptores uſos eſſe conſtat. Et u
cuilibet ad oculum pateat, variavi ab
mea concepta ſententia, atque hoc
modo primam incepi laboris partem
cujus eſt inſcriptio: Caſuum Medico
„ Chirurgicorum præcipuarum cor
„ poris humani partium compoſito
„ rum atque graviſſimorum primus
„ de Effractura Cranii, hancque in ſe
„ cutis graviſſimis Symptomatibus
„ annuente D. O. M. ex voto curatis

Quorum

Quorum occaſione ex propriis alio- „ rumque obſervationibus Diatypoſis „ Anatomiæ Phyſiologicæ atque Pa- „ thologicæ, ut & Praxeos Medicæ ac „ Chirurgicæ quoad caput hujusque „ affectus ſimul tradetur. In cujus 40. „ circiter plagulis conſtantis libelli Capite I. præmiſſa præfatione morbi hiſtoriam, hujusque reſolutionem generalem tradidi.

Caput II. Subjectum declaravit, & quia integumenta communia, pericranium, naſus, oculus, cranium, cerebrum, vaſa, viſus, olfactus, &c. Varia ratione afficiebantur, non immerito cenſui ad morbi cognitionem accuratius inveſtigandam poſt partiũ affectarum generalem indigitationem Scholiis totius capitis Anatomiam Phyſiologicam, una cum ſenſuum internorum & externorum deſcriptione breviſſimis adjicere.

In

In Capite III. quod Pathologiam ſiſtit, ab affectuum ab ægroto perpeſſorum, e. gr. (hæmorrhagiæ, vulneris, cranii fracturæ, apoplexiæ, lethargi, phrenitidis, convulſionum, animi deliquii, cephalalgiæ, ophthalmiæ, guttæ ſerenæ, oculi procidentiæ, rhyadis, olfactus læſionis, &c) reſolutione ne latum unguem receſſi, præter hæc in notis capitis totius pathologiam, ac cujusvis morbi anatomiam practicam ex Auctoribus præcipuis, inprimis Theoph. Boneti Sepulchreto cum Additionibus celeberrimi D. D. Joh. Jac Mangeti Edit. Lugdun. 1700. (quod velut in tabula exhibui) depromſi, nec non proprias obſervationes, ac exempla ex mea Praxi parallela, & hinc inde nonnulla ad Medicinam forenſem ſpectantia propoſui atque adjeci.

Caput

Caput IV. Curationem, quippe quæ in Indicationibus & remediis ex riplici fonte petitis conſiſtit, ſuccin- ꝛte exhibet, quoniam autem affectus ꝛic ex multis ſimplicibus admodum ꝛompoſitus eſt, uti capite præcedenti manifeſte apparet, hinc quibus cuivis iorum uſq; ad ſanitatis reſtitutionem obviam iverim, non intermittere po- ui, & in ſcholiis omnium capitis paſſionum medelas, (harumque oc- caſione poroticorum, reſolventium liſcutientium, traumaticorum inter- iorum & externorum, ſanguinem iſtentium, cardiacorum, oticorum, eſicatoriorum, apophlegmatizantiũ, errhinorum, ſternatatoriorum, cepha- icorum, anodynorum hypnoticorũ, paregoricorum externorum, oph- halmicorum &c. efficacias, & mate- iæ illorum medicæ ſyllabos, ut & operationes quaſdam chirurgicas huc perti-

pertinentes, e. gr. trepanationem, arteriotomiam, ſetaceum, fonticulum catarrhactæ depoſitionem, &c.) in medium proferre.

Eodem modo reliquos novem caſus de cæteris corporis partibus elaborare, & huncce interim laborem typis mandare mihi fuerat conſtitutum. Idcirco Bibliopolas, qui in catalogis, ut vulgo dicimus, Francofurtenſibus, jam ſecunda vice Impenſas publice promiſerunt, de abſoluta prima parte certiores feci; Illi vero aura animum mutarunt, ac præter opinionem ſumptus ad evulgandum opus denegarunt. Laboris igitur pertæſus, nec non admonitionis Excellentiſſimi D. D. Mangoldi reminiſcens, atque multitudine ægrotorum tanquam fluctu obrutus ſcriptum hocce incluſi quaſi in carcerem, nec unquam ex eo, ut itaque loquar, eſſet liberatum, niſi a multis fuiſſem inſtigatus.

Tandem

Tandem ut Illuſtris Facultatis Me-
icæ Altdorffinæ conſilio iſtud magis
eſpondeat, hac methodo uſus fui, ut
oſt morbi hiſtoriam capite I. partes
ffectas exhibeam, capite II. Affectus
b ægroto perpeſſos addam, nec non
apite tertio mediorum mentionem
ciam, quibus ægroto uſque ad ſani-
tis recuperationem medicatus ſim.
djectis in notis (neglecta priori ela-
oratione) de capite ejusque affecti-
us tractavi plurimorum Auctorum
natomica, Pathologica ac therapev-
ca, eaque contraxi: Ultimo notatu
ignum eſt, quod vaſtiſſimi operis pu-
Theophili Boneti ſepulchreti Edit.
mdum allegat. lib. I. & II. ſectiones
tatas velut in Tabula exhibuerim;
dhæc in calce Caſuum Medico-Chi-
urgicorum de capitis præcipue paſſi-
nibus Deo benedicente feliciter cu-
torum decadem adjecerim.

Si

Si laborem hunc meum non ingratum eſſe cognovero, promitto me in poſterum eodem vel alio magis arridente modo a capite continuaturum eſſe ad collum, thoracem, abdominis viſcera, partes utriusq; ſexus genitales, artus atque cutem; Ita ut hoc cum futuro opuſculo ob contenta de toto corpore, quæ hic libellus tantum de capite complectitur, paucis nimirum multa dando, non ſine utilitate, ut ſpero, uſurpari poſſit.

In Auctorum citatione omnes atque ſingulos, e. gr. Illuſtrium, Magnificorum, Excellentiſſimorum, Prænobiliſſimorum, Ampliſſimorum, Experientiſſimorum &c. Dominorum Doctorum titulos aliaque favoris aucupia brevitatis gratia, lubenterque omiſi, titulorum itaq; horum neglectionem celeberrimi viri, qui cunctos titulorum titulos jam dudum longe ſuperarunt, non ægre ferent.

Lau-

Laudem etiam hic ſuam meretur
Chirurgi illius induſtria ac conſidera-
ta actio, dum nil ſine meo conſilio
agere volebat in caſu præſenti, & et-
iam alio in plenaria hepatis transfoſ-
ſione, quam graviſſima ſymptomata,
& tandem ingens aſcites inſequeban-
tur, & ſic cum hoc chirurgo aliquid
expediendum erat: ægrotus enim
ab hepatis vulnere æque ac ab aſcite,
Altiſſimi ope, liberabatur, ita, ut hic
uſque adhuc ſanus vivat, ſicut ille, qui
cranii fracturam quondam eſt paſſus,
quemadmodum ſuo loco ſequetur.
Cum aliis in morbis gravibus ſæpe
tantum effici non poteſt, quia hi ſi-
bi ſolis ſapere volunt, & cum damno
potius quam emolumento remedia
interna ſæpe propinant, de qua illega-
li Medica ſtrorum Praxi interna vid.
Excellentiſſ. D. D. Roſin. Lentilius Ar-
chiat. Würtenb. Proto-Phyſ. Stutgard.

Leopoldino-Imperial. Academ. Nat. curioſ. Colleg. dict. Oriboſ. Patronus meus admodum venerandus, (f) aliique (g)

Cæterum id in toto opere maxime curabo, ne quenquam ſuggillationibus traducam, ſperans fore, ~~ut~~ ſi non omnia ad palatum fuerint, neminem me tamen nimis aſpere tractaturum, multo minus obtrectaturum, præſertim ſi Lector Benevolus pro ſuo Candore atque Benevolentia ſecum reputabit, quod perpaucæ, ut jam jam monui, ex Praxi horæ ſuccisivæ mihi ſuperſint; Quam ob cauſam confido, mihi facile a quopiam veniam eſſe daturum, de meliori nota interpretaturum.

(f) l. c. p. m. 9. (g) Reſponſ. Facult. Med. Lipſ. in Valent. Pandect. Med. Legal. p. 1. ſ. 7. c. 2. p. m. 731. It. ſ. 6. c. 3. p. m. 582. Paul. Amman. Med. Crit. Paul. Zacch. Q. M. leg. T. II. l. 6. t. 1. q. 9. ſeqq. p. m. 509. ſeqq. Amat. Luſ. Curat. Med. Cent. 6. Cur. 100. p. m. 603. &c.

turum, & iſta qualiacunque æqui bonique conſulturum. Si vero ex hiſce conquirere quis velit, quæ traducere queat, iſte ſciat, tempora mea melius me locare poſſe, quam ut tali reſpondeam, ſi autem a ſuo propoſito deſiſtere nolit, adeat Autores in quavis materia ſufficienter citatos.

Tibi vero, Deo vitæ, ſalutis omnisque ſucceſſus Auctori primo, ac Principi, æternas me debere grates, facile fateor, quod pro Tua propenſione hiſce levibus adeſſe volueris; iterum iterumque rogo, Tuumque imploro auxilium, ut ulterius Gratia Tua mihi patrocinari velis. Fac ut aliquid commodi in publicum exinde redundet, & nihil non in Tui ſanctiſſimi Nominis gloriam vergat, meiq; & ſtudiorum meorum, ſi quæ ſunt, augmentum, meliorisque fortunæ incrementum.

HISTORIA MORBI.

Juveni cuidam ex ruſtica gente viginti, & quod excurrit, annorum, quem terra Svevo-Hallenſis genuit, in oppido Illuſtriſſimi Comitis de Hohenloh-Ingelfingen ſatis alias claro, menſe Octob. anni 1706. equus ungulam ſolea ferrea munitam tam atrociter fronti injecit, ut non tantum maxima hac percuſſione os frontale cum ſuperiori naſi & oſſis ethmoidei parte confringeretur, ſed etiam huic ſubterjacens cerebrum ejusque papillares proceſſus,

ceſſus, nec non oculus dexter inſigniter concuterentur & contunderentur; Quo facto magna & ingens ſtatim ſubſequebatur vulneris hæmorrhagia, ſubitaneus in terram prolapſus, omnis ſenſus atq́; motus [excepta reſpiratione eaq́; tamen difficili] ſuſpenſio, membrorum laxorum concidentia, aphonia, ſtertor, &c. Et licet apoplexia aliquantum ſolveretur, capitis tamen gravitas, ſomnolentia, rerum oblivio vertigo, torpor, &c. illius metum de novo incutiebant. Interea aliquot per chirurgum eximebantur oſſicula, unde

 dura

dura meninx digitis palpari, & ad oculum dextrum tendentis arteriæ pulſus facile conſpici poterant. Quarto die phrenitis accedebat ſeu febris cum deliriis, vigiliis, &c. Sexto floccos carpebat, dentibus ſtridebat, & tendinum ſubſultus in carpis obſervabantur, epilepticæ itaq; convulſiones vix præcaveri poterant. Nono deliria antea remiſſa denuo affligere inceperunt ægrotum cum animi deliquiis reliquis ſymptomatibus perennibus fere comitibus. Cephalalgia cum ophthalmia in tanta hac inflicta alapa vix poſſile erat, ut emane-

re

re potuerint. A qua violentia etiam oculi dextri procidentia, & ejusdem amauroſis, ut & carunculæ majoris per effracta oſſicula dilaceratio una cum olfactus diminutione procurabantur. Ad graviſſima hæc παθήματα penitus eradicanda omnis quidem navata eſt opera, licet initio fere nulla, poſtea anceps, donec decimo tertio tandem die aliqualis valetudinis ſecundæ affulſerit ſpes; Deo enim Ter Optimo Maximo medicamentis benedicente, interni affectus ſenſim atque ſenſim im̃inuti & poſtea plane ſublati,ut & vires reſtauratæ ſunt. Viſi-

Viſionis equidem in oculo dextro reſtitutio admodum difficulter contigit, in tertia enim demum hebdomade viſum initio plane ablatum protracto ophthalmicorum uſu tandē aliqualem recepit. Poſtquam etiam oſſis ſpongioſi proceſſus criſtam galli referens ſeparatus, atque temporis progreſſu cum aliis viginti aliquot oſſiculis diverſæ magnitudinis exemptus eſſet, cranii foramen carne obductum cute tegebatur; hoc itaque modo patiens, qui ante hoc infortunium robuſtæ & ſanæ conſtitutionis, nec non temperamenti fere

mere

nere ſanguinei fuerat, priſti-
nam, quantum ratione faciei
formitatis, viſus, olfactus &c.
fieri potuit, recuperavit ſani-
tátem, qua adhuc Deo juben-
te & annuente
fruitur.

RESOLUTIO.

OMnibus circumſtantiis rite conſideratis in propatulo eſt morbum hunc EFFRACTURAM CRANII cum combinato vulnere appellari poſſe, quanquam alii affectus vehementiſſimi, e. gr. magna vulneris hæmorrhagia, apoplexia, lethargus, phrenitis, convulſiones, animi deliquia, cephalalgia, ophthalmia, oculi procidentia, amauroſis, rhyas, olfactus diminutio &c. ſunt inſecuti.

Quibus vero mediis integram obtinuerit ſanitatem? poſtquam præmiſſo ſubjecto, ſingulorum æthiologiam conſideraverim, aperte, atque ingenue confitebor.

Ut diſtincte hocce in opere procedam, abſolvam iſtud tribus ſequentibus membris:

Primum SUBJECTUM declarabit ſeu partes affectas.

Alterum PATHALOGIAM ſeu affectus ab ægroto perpeſſos explicabit.

Tandem ultimum CURATIONEM ſiſtet atque repræſentabit.

MEM-

Membrum I.
de SUBJECTO.

IN conſiderando SUBJECTO primum occurrit cuticula, (a) quæ cum reliquis integumentis communibus, (nimirum corpore iſto inter hanc & cutem exiſtente, hujusque colorem conſtituente, (b) cute ipſa, (c)

SCHOLIA.

(a) Cuticulæ lamellæ plures depictæ videri poſſunt apud Guil. Cowper. *Anat. corp. hum. in Act. Erud. Lipſ. ann. 1699. p. 50.* hæc a papillarum cutanearũ efflorescentia orta ſtatuitur *a Frid. Ruyſch. Theſ. Anat. II. p. 48. ex A.E.L. ann. 1702. p. 197.*

(b) *Marcell. Malpigh. Joh. Nic. Pehlin. de habitud. & color. æthiop. Joh. Jacob. Waldſchmid. diſp. de color. æthiop. §. 12. p. m. 310.*

(c)

(c) pinguedine (d) ſub cute expanſa admodum in capite tenui, panniculo carnoſo, (e) nec non integumentis capitis

(c) De cute vid. *Joh. Bohn. Circul. Anat. Phyſiol. progym. 23. p. m. 361. Joh. Dol. Encycl. chir. rat. l. 5. c. 14. p. m. 608. Joh. Maur. Hoffmann. Id. Macch. human. Anat. Phyſ. Sect. 2. p. m. 8. ſeq. Lindan Maſſ. Malpigh. Th. Barthol. Anat. Reformat. l. 1. c. 2. p. m. 17. ſeqq. Joh. Vesling. Anat. corp. human. c. 1. p. m. 3. ſeqq. Joh. Baptiſt. Contul. tract. de lapid. podagr. & chiragr. in hum. corpore product. A. E. L. ann. 1699. p. 396. Tab. VI. pluresq́; alios.*

(d) Pinguedo *ſecundum Vieuſſen. nov. vaſor. ſyſtem. corp. hum. p. 99. ex A. E. L. ann. 1705. p. 458.* eſt ramoſa portio ſanguinis arterioſi, per ductus adipoſos, (quorum originem ex arteriis & finem in venis idem aperte ſiſtit,) in ſacculos ſeu lobulos membranaceos, *juxta Malpighii obſervationem* defluens. Hujus ſubſtantiæ productionem Neh. Grew *ex recenſione Dan. Tauvrus Anat. nov. rat. p. 1. c. 7. p. m. 130.* Spiritū nitri cum ol. oliv. ebullire faciens perfecte imitatus eſt.

(e) Panniculus carnoſus ſecundum J. M. Hoffmannum *l. c. p. m. 12. it. Petr. Dion. Anat. corp.*

:apitis, muſculis (f) nempe, (inter
juos uterque frontalis (g) hic fuit vul-
ieratus,) ac pericranio, (h) nec non
·aſculis ſanguineis in fronte circa naſi
radi-

orp. hum. p. 124. nil ni-
i membrana pingue-
linis eſſe ſtatuitur. a
Caſp. Bartholino Th.
lio vero *Hiſt. anat.*
art. corp. hum. c. 1. ex A.
E. L. ann. 1702. p. 57.
endinum a diverſis
nuſculis prodeuntium
nembranoſa expenſio
enſetur.

(f) Inter capitis mu-
culos alias notos, ma-
toideorum ſuccentu-
iatos rectos internos
ecenſet Verheyd. *Anat.*
r. 6. c. 3. J. M. Hoffman.
c. ſ. 21. p. m. 193. &
ectos minores novos
Cowper. *Myotom. reform.*
A. E. L. ſuppl. Tom. II. p.
08.

(g) Muſculis fronta-
libus ceu anterioribus
oppoſiti ſunt poſterio-
res occipitis *J. M. Hoff-*
man. l. c. p. m. 194. §. 9.

(h) Pericranium &
perioſteum non diſtin-
gui volunt Fallopius,
Obſ. Anat. p. m. 479. l. 40.
Ruff. Eph. appell. part. l. 1.
c. 18. p. m. 106. b. Ori-
baſ. Med. Coll. l. 24. c. 1.
p. m. 522. c. J. M. Hoffm.
l. c. p. 195. Covvper. Anat.
Tab. V. ex A. E. L. ann.
1699. p. 50. ſed pro
una tantum membra-
na æſtimant, in reli-
quis oſſibus perioſteũ,
in capite vero pericra-
nium vocata, quæ non
can-

radicem intra ambas oculorum orbitas) adeo erat dilacerata, quod nec pili, (i) ad orbitas ſiti, ſupercilia dicti in parte dextra, intacti manſerint.

Succedit jam CRANIUM (k) oſſeum cerebri propugnaculum, inter cujus

tantum capitis oſſa, ſed & muſculos temporales veſtiat. Per perioſteum nervi copioſiſſimi expanduntur, *Münnick de re Anat. p. 10. A. E. L. ann. 1697. p. 518. Contra Clopton. Havers Oſteolog. nov. A. E. L. an. 1691. menſ. Xbr. p. 575.* plurimæque arteriolæ diſperguntur, *Ruyſch. Epiſt. probl. Anat. V. in A. E. L. ann. 1697. p. 15.* quas venulæ comitantur, *Dol. l. c. l. 6. c. 7. p. m. 723.*

(i) Pili ope microſcopii diaphani apparent, nodis, bulbis, radicibusque inſtar plantarum inſtructi, *Dan. Tauvry l. c. p. 2. c. 10. p. m. 379. Chirac. de pilor. ſtruct. in A. E. L. ſuppl. Tom. II. ſ. 9. p. 437.*

(k) Oſſificatio contingit iñumeris lamellis, claviculis inter poſitis, ſibi mutuo coagmentatis, *Dominic. Gagliard. Anat. oſſ. nov. invent. illuſtrat. p. 1. c. 1. obſ. 1. p. 46. J. M. Hoffm. l. c. p. m. 197.* Num cranii ſuturæ pro libera

us oſſa propria primi frontis oſſis mo-
lica portio ad commiſſuram cum
thmoidei & naſi oſſibus, ubi natura
inum (l) amplum, utplurimum ge-
ninum ſupra ſupercilia extendit, ob
quam

a fuliginum tranſpi-
ratione, ſuſpenſione
uræ matris, ac impe-
itione comunicatio-
is fracturæ unius oſſis
um altero comparatæ
nt, dubitare viden-
ur. *Georg. Hier. Welſch.*
Hetacoſt. 1. Obſ. 77. p. 99.
piegel. Fabric. corp. hum.
2. c. 7. Hoffm. l. c. p. m.
06. Frid. Ruyſch. obſ.
nat. chir. Mangett. Bibl.
Med. Pract. Tom. 1. l. 3.
it. cran. fract. p. m. 785.
uturarum defectum
ræcipue in ſenibus
nnotarunt *Ariſtot. Hiſt.*
nim. l. 1. c. 7. p. m. 12.
oh. Schenck. obſ. de cap.
36. p. m. 45. ex Volch.
Coiter. obſ. anat. & chir.
Henr. Meibom. J. M. Hoff-
mann. l. c. p. m. 203. cui
firmiorem capitis vale-
tudinẽ adſcribit. Corn.
Celſ. de re Med. l. 8. c. 1. p.
m. 167. diſſentientibus
aliis, quos tamen ad
concordiã revocat Fal-
lopius *exp. de oſſ. c. 13. p.*
m. 551. Suturarum ſpu-
riarum æque ac com-
muniũ numerum J. M.
Hoffmann. *l. c. p. m.*
204. cum Lindenio ad
quinarium extendit.

(l) Sinuum numerum
Vieusſenius *Neurograph.*
uni-

quam extenſionem iſtud os in hac re-
gione tenuiſſimum evaſit, cum totius
ſinus corruptione in minuta fruſtula
eff: acta obſervabatur.

Duo bregmatis (m) vero atque oc-
cipitis, ut & temporum oſſa non læſa
fuerunt, hinc illa inter ſubjecti partes
recenſeri fere nequeunt, niſi quod ra-
tione auditus organi, (cujus facultas
durante apoplexia &c. aliquantiſper
apud noſtrum ægrotum ceſſabat, vel
potius ceſſare videbatur) quod in pro-
ceſſibus oſſium temporum petroſis
latet, & horum proceſſuum contenta.

(n)

---

univerſ. A. E. L. an. 1685 m. Jul. p. 337. Duodenarium ſtatuit, & duos in ſphenoide oſſe, ſex in ethmoide, binos in frontis, & par in maximo maxillæ ſuperioris oſſe recenſet.

(m) Subſtantia cranii ad fontanellæ locum membranea in adultis rariſſima *vid. Kerkring. Oſteogen. fœt. c. 3. J. M. Hoffm. l. c. p. m. 213. Bartbol. Hiſt. Anat. Cent. 4. obſ. 87. Valent. Pand. Med. Leg. p. II. ſect. VII. caſ. 19. p. m. 627.*

(n)

n) ſubjecti partibus ſuo modo annumeranda ſint.

Inter communia Cranio & maxillæ ſuperiori oſſa illæſum hic fuit cuneiforme, ſed cribriformis ambæ partes laterales, (orbitarum oculorum

D por-

(n) Hiatum membranam tympani pervaente à Rivino reperam negat Joh. Guil. auli *in Opuſc. Joh. van Horn. Anat. & Chirurg. A. E. L. ann. 1707. m. Jun. p. 273.* Huic membranæ aliam in Embryonibus prætenſam *id. in Hoffmann, l. c. ect. 25. p. m. 233.*
n ſonorum exceſſu obis moleſto in conruitatē hanc aliquanum temperant interni præcipue mallei exigui nuſculi *Joh. Bohn. l. c. rogym. 26. pag. m. 404.* Aquæ ductus Fallopii *p. m. 410.* Cum ductu Euſtachiano non eſt confundendus *Gunth. Chriſt. Schelhammer de Auditu. A. E. L. an. 1684. p. 474.* Sicut ambos ductus depictos exhibent A. E. L. *an. 1705. tab. X. fig. 6. p. 474. ex Ant. Mar. Valſalv. Tractatu de Aure humana*, ubi plura de auribus quam ab aliis notata invenientur. *Conf. it. Joſ. de Vernay de auditus organo, item Bohn. J. M. Hoffmann. l. c. Dan. Tauvrus l. c. p. 2. c. 8. p. m. 349. ſeqq.*

portiunculas conſtituentes,) fruſtillatim confractæ per chirurgum fuerunt exemptæ, ſicut & proceſſus acutus, criſtam galli referens, (quo quaſi ſepto os ethmoides interius in duas partes dividitur, (o)) per ictum talem fortiſſimum ab oſſe cribri formi eſt ſeparatus. Cui proceſſui alius adverſa ex parte inferiori reſpondet, narium partem ſuperiorem diſtinguens, a cujus lateribus (p) oſſa obſervantur ſpongioſa, narium ſuperiorem cavitatem explentia, (q) quæ plurimum (r) odoratui, qui in noſtro patiente labefactatus eſt, ob ſuper expanſam membranam (rr) confert. Inter undecim maxillæ

(o) *Th. Barthol. l.c. libell. 4. c. 9. p.m. 719.*

(p) *Tauvry l. c. c. 9. p. m. 367.*

(q) *Bohn. l. c. progymn. 25. p.m. 379.*

(r) *Georg. Bertin. Medic. l. 5. de anat. corp. hum. c. 2. p. m. 77. lit. d.*

(rr) *Bohn. l. c. p. m. 392. Valleſ. 2. controv. c. 26. Euſtacch. Rud. de affect. corp*

naxillæ ſuperioris, oſſa, quarti paris,
iaſi partem eminentiorem oſſeam ef-
ormantis, portiuncula ſimul confra-
ta eſt. Quæ naſi externi (s) paſſio ol-
actui tantum non inflixit damnum,
uantum effecit jamdum memorata
lenaria ſeparatio ab oſſe ethmoideo
roceſſus criſtam galli referentis, cujus
nim lateribus arcte adjacent cerebri
eu nervorum primi paris proceſſus

D 2 papil-

orp. human. l. 1. c. 36. p.
. 86. Caſp. Barthol. Spec.
Hiſt. anat. obſ. 7. A. E. L.
702. p. 59. Gv. Rolfinc.
iſſert. anat. l. 4. c. 29.
onr. Vict. Schneider. lib.
e oſſe cribriform. Mœb.
nſtit. Med. l. 1. c. 4. p. m.
7. J. M. Hoffmann. Id.
Macch. Hum. Anat. Phyſ.
ct. 27. §. 5. p. m. 307.
erralt. Tentam. Phyſ.
om. IV. A. E. L. Suppl.
. 1. ſ o. p. 403.

(s) Naſi externi cartilagines novem enumerat Ruyſch. *Epiſt. anat. problem. 8. A.E.L. 1697. p. 385.* Tubulos excretorios a glandula pituitaria ad os & nares transmiſſos vid. Verheyden *Anat. tract. 4. A. E. L. 1693. p. 435.* Caſſer. etiam libell. de fabric. naſ. lectione dignus eſt. *It. Bohn. l. c. &c. &c.*

papillares, vel mammillares, ex qui-
bus quivis facile colligere poteſt, quod
tali ictus vehementia, atque concuſ-
ſione, proceſſuum horum ſtructura
a quadam deſtructione, & nonnulla-
rum ab his prodeuntium, per oſſi-
cribriformis foramina tranſeuntium
& narium tunicæ interiori implantata-
rum fibrillarum ruptura non penitu
manſerit libera, hinc fibrillarum rup-
tarum mediantibus proceſſibus papil-
laribus cum ſenſorio communi com-
municatio ſublata, & inde ſuborta
fuit olfactus quædam, in latere præ-
cipue dextro, diminutio. Præterea vox
non tam plenarie ſonora quam olim
jam hodie exiſtit, & circa ſinuum in
oſſe frontali locum fovea conſpicitur

Maxilla quoque inferior, (t) ac den-
te-

(t) Maxillam inferiorem capiti ita connatam, ut immobilis eſſe- ex columbo *Anat. lib.* 15

es (u) ſtridoris ratione e ſubjecti partibus non plane excludi poterunt.

D 3 Inter

. *Coiter. libell. obſ. Anat.* *Chir. & Euſtacch. de entibus c. 28.* annotat chenckius *obſ. c. 405.* *m. 441.* Inter proceſm condyliformem ejus locum inſertios membrana dura intercedit, eum fortaſſe finem ſecundum uyſchii *Theſaur. Anat.* *p. 30. A. E. L. 1704.* *362.* opinionem forata, ne maſticando nitum auditui officitem ederet junctura.

) Obſervationes quondam qui cum denbus vel aliquibus, vel nnibus nati ſunt. vid. in. *Hiſt. nat. l. 7. c. 16.* *ydor. Virgil. l. 3. pro-* *. Schenck. obſ. 380. p. m. 425.* Item dentium qui e palato, *Plin. l. c. l. 11. c. 37. Alex. Bened. Anat. l. 3. c. 22. Schenck. obſ. 384. p. m. 427.* vel duplici vel triplici ordine *Id. obſ. 386. p. m. 430. Columb. Anat. c. 10. Euſtacch. de dentibus c. 29. Barthol. libell. 4. c. 12 p. m. 729. Valer. Max. l. 1. c. 8. p. m. 37.* prodierunt, vel etiam loco dentium unius continui dentis in una maxilla interdum reperti. *Barthol. Plin. Valer. Max. Euſtacch. Columb. l. c. Solin. c. 9. Plutarch. in Pyrrh. p. m. 141. Herod. l. 9. Fallop. exp. oſſ. c. 16. p. m. 564. l. 48. Schenck. obſ. 385. p. m. 428.* Interdum

Inter partes ſub cranio reconditæ paſſio duræ matris (w) vel craſſæ me ningis oculis patebat, oſſicula enim con

dum ſed raro dentes in ſenio renaſcuntur, ſicut præter obſervationes a Schenckio *obſ. 381. p.m. 426. Plin. l. 11. c. 17. Barthol. l.c. p. m. 728. Alex. Bened. de curand. morb. l. 6. c. 1. Joubert. Apol. pro paradox. 7. dec. 2. Jordan. reſp. ad Joubert. Ariſt. Hiſt. anim. l. 2. c. 4. p. m. 24. Hier. Cardan. de rerum variet. l. 8. c. 43. append. p. m. 706. Marcell. Donat. Hiſt. med. mirab. l. 6. c. 22. p. m. 608. J. M. Hoffm. l. c. ſ. 26. §. 5. p. m. 300.* annotatas & hæc notatu digna eſt, quod Illuſtriſſimo Comiti de Hohenlohe Joh. Frid. biennio an te beatiſſimam mor tem, nr. anno ætat 84. duo adhuc dent eruperint.

(w) De dura matre vid. *J. M. Hoffm. l. c. ſec 22. p. m. 221. Dan. Tau ry l. c. p. 2. c. 3. p. m. 25 Th. Barthol. l. c. l. 3. c. p. m. 459. ſeqq. Joh. Ve ling. l. c. c. 14. p. m. 21 Fallop. obſ. anat. p. m. 48 Ridley Anat. cerebr. c. 3. 4. 5. 6. A. E. L. an 1696. p. 201. ſeqq. F Ruyſch. theſ. Anat. V I A. E. L. ann. 1707. p. 32 &c. &c.* Glandulas con globatas huic menin intertextas cum inde ortis lymphaticis a pia

confracta, ut & ſanguis extravaſatus, donec illa eximerentur, & hic excerneretur, pungendo & premendo membranam iſtam cum ſuis ſinubus (x) &c. valde concuſſis afficiebant. Et hucusq; oculorum acies pervenire poterat, ex ſubſequentibus autem ſymptomatibus, actionibusque læſis manifeſtum eſt, quod plures aliæ, præter jam citatæ, huic meningi ſubjacentes partes, ſimul ægrota verint; quippe quod in Membro ſequenti ex obſervationibus Anatomico-Practicis pluribus demonſtratum ibo: ex inde cognoſcere cuilibet licet, & hanc & piam matrem, (y) & membranā inter

piam meningem productis invenit Ant. Pacchioni *diſſert. epiſt. ad Luc. Schræck. A. E. L. ann. 1706. menſ. Maj. p. 217.*

(x) Sinus duræ matris ab Ortlobio *Hiſt. part. & Oecon. hum. ſ. n. diſſ. 20. p. 155.* quindecim, & horū omnium communicatio inter ſe annotantur.

(y) Piæ matri glandu-

utramque ſitam, (z) & cerebrum & una compaſſa fuiſſe.

Ad CEREBRUM quod attinet: quia in talibus pathematibus, quibus ægrotus noſter laborabat, aut tota ejus ſubſtantia, (α) aut una vel alia vel plures

las in finitas exiliſſimas cum *Williſ. Anat. cerebr. c. VII.* J. M. Hoffmann. *l. c. p. m. 228.* adſcribit.

(z) Duas inter meninges media membrana albicans, pellucida, minimis ſanguineis vaſculis prædita a Bidloo *Anat. corp. hum. t. 8. Bohn. l. c. progymn. 21. p. m. 333. J. M. Hoffm. l. c. p. m. 229. Frid. Ruyſch. Theſ. Anat. IV. p. 5. it. Epiſt. problem. IX. A. E. L. ann. 1697. p. 386. 1699. p. 54. 1704. p. 362.* demonſtrata fuit quæ a Ridleyo *l. c. c. 2.* externa ſolummodo piæ matris lamina eſſe cenſetur.

(α) Subſtantia cerebri cineritia ex glandulis (ſecundum Ruyſch. vero *Epiſt. Anat. XII. A. E. L. 1699. p. 518. & Lævvenhoeck. Obſerv. Ridley l. c. c. 11. A. E. L. 1696. p. 203.* e vaſis ſanguineis diverſimode combinatis, quorũ continuationes ceu productiones capillares ſubſtantiam medullarem conſtituunt,) & medul-

es ejuſdem partes, (ſpeciatim anfra-
tus, corpus calloſum, ventriculi an-
eriores, ſeptum pellucidum, plexus
horoidei, (β) corpora ſtriata, thala-
ni nervorum opticorum, fornix,
entriculus tertius, (γ) infundibulum,
D 5 glan-

ıedullaris ex fibrillis,
quas cavas eſſe vult
harrier *Anat.. cerebri*
. E. L. 1703. p. 468.)
ombinata ſtatuitur. *a*
Aarcell. Malpigh. exerc.
e cerebr. cort. c. 1. J. M.
Ioffm. l. c. ſ. 22. §. 11. p.
. 230. Frid. Hoffmann.
und. Med. l. 1. c. 7. §. 49.
m. 48. Joh. Bohn. l. c.
rogymn. 20. p. m. 319.
r progymn. 21. p. m. 331.
han. Hartmann. Prax.
hym. Joh. Jac. Manget.
ibl. Med. Pr. T. 1. l. 1.
t. de apopl. p. m. 94. b.
Iart. Lyſter. exercit.
anat. 2. A. E. L. ſuppl. T.
III. p. 86. &c.

(β) Plexus choroideus contextus eſt e membrana, arteriis, venis, vaſis lymphaticis, glandulis, *Ridley l. c. c. 7.* quas cum lymphaticis mera vaſcula ſanguinea motu ſerpentino repentia eſſe Ruyſch. *l. c.* ſentit.

(γ) Tertii ventriculi anterius foramen ſeu vulva hymene quaſi, ſicut poſterius ſeu anus valvulâ obvelatur. *Vieuſſen. J. M. Hoffmann. l. c. p. m. 236.*

glandula pituitaria, (δ) pinealis, (
teſtes, nates, (ζ) ventriculus quartu
cerebellum, (η) medulla oblongata
(

(δ) Glandulæ pituitariæ ſtructura & uſus vid. apud Brunner. *exerc. Anat. de gland. pituit. Hoffm. l. c. ſ. 23. §. 3. p. m. 246. Ridley l.c. c. 9.*

(ε) In glandula pineali arenulæ atque calculi reperti ſunt *a Paul. Barbett. Chirurg. p. 3. l. 2. c. 2. p. m. 484. Barthol. l. c. p. m. 496. Sylv. Schuyl. Schæv. diatyp. Anat. p. m. 51. Regn. de Graaf. Miſc. cur. ann. 1670. Edmund King relat. de glandul. pineal. petrefact. A. E. L. ann. 1688. p. 234.* Iſta ab aliis glandulis conglobatis non diſcrepat. *Ridley l. c. c. 10.*

(ζ) Natibus tractu medullaris ante poſit eſt, ſicut alius parvu & brevis teſtes inte cedit, ac frenulum *Vieuſſenio neurograph. 1. c. 11. Hoffm. l. c. ſ. 2 §. 20. p. m. 240.* dicitu His quatuor prom nentiis ſubjectus e ductus a Vieuſſenio a quæ emiſſarium deno minatus, & interpoſ tus eſt tertio & quart ventriculo.

(η) In cerebelli poſte riori parte plexus reti formis cum plurimi glandulis obſervatur. *Hoffm. l. c. Ridley l. c. c. 14* Huc pertinent proce ſus vermiformes, glo
boſ

(ϑ) nervi, (ι) horumque principium &c. diverſimode affectæ fuere deprehenſæ, quemadmodum in pathologia clarius enarrabo, ita & hic, ſi non omnes, plurimas tamen potentiores cerebri partes maxima iſta concurſione ab officio ſuo retractas fuiſſe, ex ſenſibus, (κ) actionibusq; læſis, aliisque

boſi pontis Varolii nomine venientes, item m. 'ullares a teſtibus in cerebellũ protenſi, annulares, chordales. *Williſ. Anat. cerebr. c. 10. fig. VII. lit. PP. QQ. RR. Hoffmann. l. c. p. m. 244. Barthol. l. c. c. 5. p. m. 484.*

(ϑ) In medullæ oblongatæ parte antica pone infundibulum duæ albicantes prominentiæ, *Williſ. l. c. fig. I. lit. YY. Vieuſſen. l. c. t. 4. lit. cc. Verheyden. corp. hum. anat. tr. 4. c. 5. Hoffm. l. c. ſ. 23. §. 6. p. m. 250.* & in ima hujus baſi corpora pyramidalia, horumq; lateribus adjacentia olivaria exiſtunt.

(ι) De nervis vid. *Hoffmann l. c. p. m. 259. ſeqq. Dan. Nebel. Tab. nerv. corp. hum. diſput. anat. 1. c. 4. p. m. 9. annex. ex Vieuſſen. Neurograph. univerſ. Ridley l. c. &c.*

(κ) De numero ſimplici ſenſus interni, hujusque diverſis effectibus

aliisque graviſſimis ſymptomatibus manifeſte conſtat.

Tandem devenio ad OCULOS, (λ) qui ambo ab ingenti tali plaga, (per quam & oſſis ethmoidei partes utræque laterales, orbitarum oculorum portiunculas conſtituentes, fruſtillatim confringebantur,) non poterant non inſignem in modum affici; non tantum autem eorum partes tegentes externæ, e. gr. palpebræ, glandulæ, (μ) & muſculi, ſed & internæ ipſos globos

bus in ſenſu comũni, phantaſia, atque memoria vid. Bohn. *l. c. progymn.* 29. *p. m.* 435. *ſeqq. item Joh. Gothofr. Berger. Phyſ. Med. A.E.L. ann.* 1701. *menſ. Nov. p.* 498.

(λ) De Oculorum anatome conſul. ſæpius allegatum J. M. Hoffmann. libr. *ſ.* 24. *p. m.* 266. *ſeqq.*

(μ) Glandulæ ſunt: caruncula lacrymalis, in qua calculum invenit Blaſius *Obſ. Med.* 16. *p.* 6. *Bonet. ſepulchr. l.* 1. *ſ.* 18. *obſ.* 33. *p. m.* 430. porro innominata conglomerata, cujus vaſa excretoria Nic. Stenonius aperte

globos conſtituentes, membranæ (ν) ſcilicet atque humores, (ξ) una cum nervo optico lædebantur, ſicut ex viſus impedimento, rubedine oculi, lacrymarum fluxu, & aliis membro in ſequenti

perte ſiſtit. Huic accedit alia ab Hardero *in A. E. L. ann. 1694. M. Febre. p. 52.* inventa in nervis, & a Dan. Nebel. etiam aliis in animalibus *M. N. C. Dec. III. ann. III. obſ. 164.* imo a ... M. Hoffmanno *l. c. ... 4. p. m. 268.* in homine quoque. Præterea in utroque tarſi limbo obſervatæ ſunt glandulæ ultra triginta, cum ſuis ductibus & oſtiolis, *ab Henr. Meibom. epiſt. ad Joël. Langelott. de vaſ. palpebr. nov.*

(ν) Tunicæ choroidis in *A. E. L. ann. 1700. m. Octobr. p. 434.* duplex lamella oſtenditur, cujus interior Ruyſchiana dicitur, *Chriſt. Wedel. Epiſt. Anat. probl. 13. ad Fr. Ruyſch.*

(ξ) Ductus Nuckianos aquoſos novos oculi Caſp. Barthol. *Th. Fil. Spec. Hiſt. anat. obſ. 7. A. E. L. ann. 1702. p. 60. c. Steph. Blancardo Anat. reformat.* nervos aut ligamenta tendinea eſſe cenſet. Humorem vitreum in cellulas diviſum oculis ſpectandum ſubjicit Jacob. Hovius *in diſſertat. de circulari humorum ocularium motu detecto fig. 6.* A. E. L. *ann. 1703. p. 222.*

ſequenti prolixius enarrandis palam
erat; ac licet uterque oculus maxima
iſta concuſſione vehementiſſime affli-
ctus fuerit, tamen dexter longe plura
perpeſſus eſt mala ſiniſtro. Atque hæ
erant partes affectæ apud noſtrum æ-
grotum.

Membrum II.
De
PATHOLOGIA.

IN vitiata partium corporis in no-
ſtro ægroto conſtitutione, qua eæ-
dem ad functiones naturales ſube-
undas ineptæ fuerunt redditæ, ante
omnia CRANII FRACTURA hic
conſideranda venit, ab externa cauſa
violenta, (ſicut alibi utplurimum (a)),

SCHOLIA.

(a) *Joh. Dol. Encyclop. chir. rat. l. 6. c. 7. p. m. 724.*
Johan-

ɔ. *Jac. Manget. Bibl.* ed. *Pract. T. 2. c. 6 tit.* *Fractur. p. m. 526. §. 1.* *3. p. 527. ex Münncks* *irurg. ad Prax. Med.* *ornat.* Externam vim am interdum juvat l auget interna di- oſitio, *de qua vid. id.* *Hildan. Cent. 2. obſ.* *. 67. 68. Marcell. Do-* *t. Hiſt. Med. mirab. l.* *c. 1. p. m. 528. Johan.* *nſton. Syntagm. univerſ.* *d. pract. p. 3. l. 1. t. 8.* *1. p. m. 58.* In cauſa- m fracturæ cranii e- rratione Johan. An- eæ a Cruce *Chirurg.* *niv. tract. II. de vuln.* *1. c. 3. p. m. 10.* quoq; acet & craſſum fla- m & malarum hu- iditatū copiam pro- rre, quibus cranium :hementer extenda- r, & ejus contigui- tes harmonicæ ſeclu- dantur. His fortaſſe intelligit, quæ hydro- cephalum efficiunt, & vel intra vel extra cra- nium, atque utrinque duplici modo hærent, *de quo vid. Mich. Ett- müller Prax. Med. p. 2. c. 5. p. m. 239. Andr. Veſal. de Fabr. corpor. hum. l. 1. c. 8. Tulp. l. 1. c. 24. 25. Jonſton. l. c. l. 3. t. 1. c. 6. p. m. 702. Paul. Æginet. de re med. l. 6. c. 3. p. m. 551. f. Aet. tetr. 2. ſ. 2. c. 1. p. m. 241. h. Tim. a Guldenklee Caſ. Med. 5. l. 5. p. m. 244. Georg Wolf- gang. Wedel Prax. clin. exempl. l. 5. c. 5. p. m. 129 Joh. Jac. Waldſchmidt. not. ad caſ. Tim. l. 5. c. 5. p. m. 576. Fr. Hildesheim. Spicileg. p. 780. Dan. Sennert. Pr. Med. l. 1. p. 1. c. 28. p. m. 218. Ambr. Paræus. Oper. chir. l. 7. c. 1. p. m. 325. Joh. Bapt.*

du Hammel. Reg. Scient. & Acad. Hiſt. ex Dodart. A. E. L. ann. 1700. *Menſ. Mart. p.* 113. *Th. Barthol. tract. de cometis. p.* 97. *ex communic. Frid. Hammeric. Id. Barthol. obſ. anat. cent.* 1. *obſ.* 28. *Chifflet. obſ.* 6. *Epiph. Ferdin. Hiſt.* 21. *Schneider. l. de oſſ. cribriform. p.* 506. *& l. 2. catarrh. c.* 2. *Th. Williſ. Anat. cerebr. c.* 7. *&* 14. *Alard. Herm. Cumm. in Miſc. cur. ann.* 1670. *Matth. Paiſen. in Miſc. cur. ann.* 4. *&* 5. *obſ.* 197. *Zacut. Pr. admir. Huccher. diæt. puer. tract. de ſteril. utriusque Sex. add. p.* 866. *Th. Kerkring. obſ. Anat.* 46. *Fabr. Hildan. cent.* 1. *obſ.* 10. *Steph. Blancard. Anat. Pr. Joh. Petr. Lotich. l.* 2. *conſ. & obſ. med. c.* 1. *obſ.* 7. *Paul. Freher. Helvvig. Johan. Lecchel. Joh. Nic. Pecchlin. obſ. Phyſ. Med. Joha Jac. Harder. obſ. ana pract. Goth. Sam. Pol Miſc. cur. Johann. Pau Wurffbein Miſc. cur. D* 2. *ann.* 9. *Ambroſ. Steg mann. Miſ. cur. Dec. ann.* 1. *Joh. Conr. Brün ner. Miſc. cur. Dec.* 3. *an* 1. *Theoph. Bonet. Sepu chret. Tom. I. l.* 1. *ſ.* 16. *p. m.* 379. *ad* 399. *Joh Bapt. Lamzvverde ob ad armam. Chir. obſ.* 3 *fol.* 253. *Corn. Stalpart obſ. rar. cent.* 2. *Ioh. Iac Manget. Bibl. Med. Pr. T* 2. *l.* 8. *tit. de Hydroceph p. m.* 859. *ſeqq.* Sutura rum disjunctionem al aliis cauſis *vid. Id. l. c l.* 3. *p. m.* 784. *ſeqq. e Arnoldo Boot de affect. o miſſ. c.* 4. *p.* 17. *Fabr. Hil dan. cent.* 1. *obſ.* 1. *p.* 1 *& cent.* 2. *obſ.* 7. *p.* 84 *Th. Mermann. conſ.* 4. *l* 1. *fol.* 15. *Joubert. de ce* phalalg

oborta, de cujus præſentia dubitare non licuit, quilibet enim digitis non tantum palpare potuit, ſed & omnia fere indicia a Practicis (b) prolata adfuerunt; nam ſolea ferrea ungulæ applicata, qua cum equus erat munitus, ſatis erat capax atque ſufficiens talem

E illi

phalalg. c. 9. p. 439. Hippocr. 7. de morb. popul. Th. Barthol. cent. 5. hiſt. 92. p. 173. Ant. de Pozzis M. C. Med. Phyſ. Dec. I. ann. 2. obſ. 34. Petr. Marchett. obſ. Med. chir. c. 15. p. 31. Joh. Bapt. à Lamzvverd. obſ. 8. p. 232. Paul. Æginet. l. c. l. 3. c. 7. p. m. 420. b. Marc. Donat. Hiſt. Med. mir. l. 5. c. 1. p. m. 531. Jac. Fontan. pract. l. 1. c. 3. Bonet. l. c. l. 1. ſ. 1. obſ. 92. p. m. 51.

ſchmid. mon. med. p. m. 276. *Thom. Fien. de præc. art. chir. controv. tr. 7. c. 4. p. m.* 110. *Proſp. Alp. de Med. Ægypt. l. 2. c. 11. p. m. 60. b. Williſ. Pathol. cerebr. Laz. River. obſ. 40. cent. 3. Nic. Guil. Beckers. Obſ. de Hemicran. arteriotom. ſpont. curat. in Ephem. nat. cur. ann. 8. n. 72. Manget. B. M. Pr. t. 1. p. m. 976.* licet non eodem ſemper effectu, *Joh. Tiling. Scult. arm. chir. obſ. 19. A. E. L. ann.* 1693. *p.* 511. Cauterium *Heurn. comment. ad aph. Hippocr. 39. ſ. 4. p. m. 251. Ant. Valet. exerc. 2. in Holler. de morb. int. l. 1. c. 2. p. m. 16. Excerpt. med. ex Hiſt. Reg. ſcient. ann.* 1708. *A. E. L. ann.* 1710. *menſ. Jun. p. 248.* fonticuli, *Mercat. de præſid. Indic. l. 1. c. 16. Fontan. conſ. 7. Zacut.*

Luſit. l. 1. Prax. med. m rab. obſ. 7. River. l. Prax. c. 16. Zecch. Co ſult. med. 3. Hæfer. Her med. f. 71. Fr. Feyn. Pra f. 77. Claudin. Emp. f. 2 & conſ. 76. Plater. Pr. 2. p. 266. Rolfinc. E cogn. & cur. part. aff. l. p. 1. c. 1. & meth. me ſpec. conſ. l. 2. conſ. 2. buc. l. 1. c. 4. Mercur. l. Prax. c. 5. Joh. Albert. S bitz. diſp. de fontic. c. p. m. 18. Hier. Capivac l. c. ſetaceum, *Job. Meckren. obſ. c. 9. p. 6 Wedel. diſp. de cephala c. 8. art. 5. p. 36. Fr Ruyſch. obſ. anat. ch Hildan. cent. 4. obſ. Manget. B. M. Pr. l. c.* 1006. trepanatio, *Id.* 1000. *Nic. Tulp. obſ. me l. 1. Rhod. cent. 1. obſ. 6 70. Amat. Luſit. cent. cur. 2. Ettmüll. l. c. p. c. 9. p. m. 349. ſeq.* T

Fi

oſt quemcunque vini exceſſum per rteriotomiam, (ϱ) ſetaceum, (σ) aut onticulum (τ) &c. tolli poſſit? non-um tentatum eſt.

Tandem ad OCULORUM (υ) af-

K flicto-

ien. l.c. tr. 1. c. 4. p. m. 12. tr. *Marchett. obſ. med.* ir. rar. 18. 19. 20. ol. eſtill. tacamah. & in-rne ſal. volat. cran. uman. *Manget. not. ad rax. med. Barbett. ad-t. ad morb. capit. c. 6. m. 64.*

(ϱ) De arteriotomia *Id. Th. Fien. l. c. tr. 7. m. 110. ſeqq.*

(σ) De ſetaceo *Scultet. rmam. chir. p. 2. obſ. 25. m. 55. & p. 1. tab. 7. r. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. p. m. 6. tab. 30. fig. 2. 3. 4. 5. m. 84. 85. tab. 34. fig. p. m. 111. Johan. van orn Microtechn. ſ. 2. §. 5. p. m. 97.*

(τ) De fonticulis *Id. l. c. p. m. 98. Cornel. Solingen. manual. chir. operat. p. 1. c. 1. A.E.L. ann. 1693. p. 341. Scultet. l. c. tab. 1. p. m. 4. & tab. 55. p. m. 212. Joh. Alb. Sebiz. diſp. de fontic. c. 5. p. m. 18. ſeqq. Raym. Reſtaurant. Hippocr. de Inuſtion. ſeu fontic. A.E.L. ann. 1683. p. 157.*

(υ) De oculorum morborum ſanationibus *vid. Jonſton. l. c. tit. 3. c. 1. p. m. 758. ſeqq. Sennert. Pract. med. l. 1. p. 3. ſ. 2. p. m. 769. ſeqq. Joh. Dol. Encyclopæd. Chir. rat. l. 1. c. 6. ſeqq. p. m. 42. ſeqq.*

Fortun.

flictorum curationem devenio, qua ohpthalmica (φ) exigebat, in ſpeci dolor medicamentis, quæ contra oph thalmiam adhibuimus, tollebatur palpebrarum vero, glandularum a muſculorum contuſioni, atque ſic e tiam oculorum procidentiæ, ut & quoad partem guttæ ſerenæ, propte circumfuſum cruorem nervum opti cum comprimentem, per fomentum

cali

Fortun. Plemp. de ocul. affect. Manget. B. M. Pr. t. 3. p. m. 549. ſeqq. in ſpecie de unguis vel pañi remotione *Scult. l. c. p.* I. *tab. 31. fig. 8. p. m. 92. Corn. Celſ. de re med. l. 7. c. 7. p. m. 143. Bartiſch. de ocul. affect. p. 8. p. m.* 142. 43. 44. *Gothofr. Bidloo exerc. anat. chir. A. E. L. ann. 1708. p. 313.* & de catarrhactæ depoſitione *Joh. van Horn. l. c. ſ. 2. §. 27. p. m. 68. Cel l. c. p. m. 146. Ambr. Par l. 16. c. 22. p. m. 474 Scultet. l. c. tab. 31. fig. 9 p. m. 39. ſeqq. Bartiſch. l. c. p. 5. c. 2. p. m. 60. ſeqq &c.*

(φ) De ophthalmici *vid. Wedel. amœn. mat med. l. 1. ſ. 3. c. 2. p. m 129. ſeqq. It. Syllab. mat med. ſelect. c. 21. p. m. 26 &c.*

alidum p. 111. deſcriptum ſimul ob-
ervatum eſt. Ophthalmiæ etiam ac
iſus defectui ſequenti ſuccurrebatur
ollyrio: ℞. Aq. euphraſ. fœnic. rut.
oſ. chelid. maj. an. dragm. ij. tut. ppt.
crup. j. vitriol. alb. ſarcocoll. ſacch.
aturn. camph. croc. an. gr. iv. Qui-
us itaque mediis divina bonitas lar-
iſſime benedixit, meas atque ægroti
iorumque preces pro impetranda
lius ſalute clementiſſime exaudivit,
deo, ut ille priſtinam, quantum ra-
one faciei formitatis, viſus, olfactus,
crymarum effluxus, & capitis labis
eri potuit, nactus ſit ſanitatem, qua
adhuc tamdiu gaudebit, quam-
diu Deo placebit.

I. N. J.

D. JOHAN. MATTHIÆ MüLLERI

MFrancoſ. Phyſic. Cüntzelſavii ad Cocheram Ordinarii, Academiæ Leopoldino-Imperialis Naturæ Curioſorum Collegæ

GORGIAS

vocati

CASUUM MEDICO-CHIRURGICORUM

De capitis præcipue paſſionibus, rariorum, DEO benedicente feliciter curatorum

DECAS,

una cum promiſſis Auctorum, horumque allegatorum librorum, nec non rerum & verborum Indicibus.

SERENISSIMI POTENTISSIMIQU
PRINCIPIS ac DOMINI,
DOMINI
CAROLI
HASSIÆ LANDGRAVI
PRINCIPIS HERSFELDIÆ COM
TIS IN CATIMELIBOCO DECIA ZIE
GENHAINA NIDDA SCHAUMBURGO
&c. &c. &c.
CONSILIARIO CAMERALI

PRÆNOBILISSIMO EXCELLENTISSIM
ATQUE PERSTRENUO DOMINO,
DOMINO
GEORGIO CA
SPARO MüLLERO,
MÆCENATI ATQUE PROMO
TORI STUDIORUM MEORUM MAGN
PATRUO NEC NON COMPATRI BE
NIGNISSIMO PATRONO FILIALI RE
VERENTIA PROSEQUENDO
VENERANDO.

ir Prænobiliſſime, Excellentiſſime atq; Perſtrenue,
omine Conſiliarie, Mæcenas, Patrone, Patrue atq;
Compater omni honoris cultu honorande,
ſuſpiciende!

CAſuum hæc Decas, Tibi, Vir Excellentiſſime, cur ſe ſiſtat. Tuique nominis ſplendore cupiat eſſe illuſtris, rationes mihi ſunt maxime raves. Tua enim Munificentia haud eſt dedignata ıe per totam vitam tot tantisq; beneficiis cumuıre; ut, cum enumerare nequeam, melius fere ſit e Tuis tacere Beneficiis, quam pauca dicere, imo omnia hic enarrare vellem, obmuteſcendum mii potius procul dubio eſſet, quam ut valerem ine obortum obſervantiæ atque venerationis meæ inculum penitus explicare. Certe non poſſem efıgere impietatis animique ingrati crimen nefanum, ſi jam abnuerem Tuæ Excellentiæ meam ræſtare pietatem; nam quoties Tua in me colla a innumera munera mecum grata recolo mente, oties Tua mihi Munificentia exoſculanda atque eveneranda eſt. Liberaliter enim, Patrone multis ominibus colendiſſime, me tractaſti cum in juentute mea, ante & poſt Beati Patris mei mortẽ, um in ſtudiorum meorum Academicorum Marurgi poſitorum principio, tum circa eorundem rgentorati abſolutum curriculum, in commoraione mea poſtea Caſſellis, Praxeos Medicæ Uslariæ xercitæ initio, hujusque continuatione in Phyſiatu Weiggersheimenſi, ut & Matrimonii exorio; & parum adhuc viſum eſt hoc in oculis Tuis, deo ut beneficia liberis meis feceris copioſa atque umulata. Propterea jam dudum omnem cogitaonem, mentem, ſtudiaque omnia eo dirigere ſtudui,

dui, ut Tua Excellentia conſpiceret meam me-
tem pietate probatam. Cum vero jam videat
patere ratio, qua id quodamodo fieri queat, vol
publicum hocce ſcriptum Inclyto Tuo Nomini e
ſacratum. Leve enim hoc opuſculum non alia
cauſa Tibi, Promotor magne, dicavi, quam ut i
numera illa, quæ mihi meisque exhibuiſti, ben
ficia publice deprædicarem. Licet autem tant
Patrociniis redhoſtiendis impares ſint levidenſ
& exiles hæ pagellæ, eam tamen apud Te virt
tem ſplendere novi, quæ non tam muneris exigu
tatem, quam promptam offerentis voluntate
ſpectet, qualecunque illud tandem fuerit. Quo
ut accipias, Patrone honoratiſſime, publicum ho
meæ erga Te obſervantiæ σύνθημα ſerena fronte
benevolentiſſimoque animo, meque in poſterum
atque meos ſolito Tuo favore haud gravatim com
plecti pergas, humillime ſupplico. Cæterum u
NVMEN TRINVNVM TE, ſalutis meæ Pro
motor, in maximum Sereniſſimi ac Potentiſſim
Principis ac Domini, DOMINI NOSTRI CLE
MENTISSIMI, commodum atq; emolumentum
una cum univerſa Familia TVA ſplendidiſſima, ſal
vum ſemper conſervare, ab omnibus noxioris for
tunæ procellis incolumem, omnique felicitate bea
tum quam diutiſſime adhuc ſuperſtitem eſſe ju
beat, ex animo voveo atque precor

Prænobiliſſimi, Excellentiſſimi atque
Perſtrenui Tui Nominis

D. e Muſeo Cüntzelsavii ad amnem Coche-
ram Calendis Martii M DCC XII.

Devotiſſimus Cultor, Debitorque
perpetuus
JOH. MATTHIAS MüLLER, D

CASUS I.

De
VARIIS SEDIS
ſeu
SESSIONIS in CRANIO SPECIEBUS,

cum aliis multis inſignibus vulneribus, & inſecutis graviſſimis ſymptomatibus.

ANno 1706. die 24. Febr. circa mediam noctem ad hujus civitatis Chirurgũ vocatus ſum, quo miles equeſtris, per totum vitæ curriculum antea ſanus, robuſtus, temperamenti ſanguinei, viginti aliquot annorum, fuerat deportatus, qui in ſumma ebrietate nudo gladio lato (germ. Palaſch) duos juvenes ruſticanos

canos erat perſecutus. Hi vero gla
dium militi e manu eripuerunt, &
proprio ſuo gladio, (præter ulnæ ſi
niſtræ, & primi oſſis indicis fracturã,
non tantum novem ingentia vulner
ipſius artubus, ſed & oſſis occipiti
parti dextræ (una cum cutis & muſcu
li ſplenii portiuncula) exciſionem
bregmatis oſſi ſiniſtro ſupra os petro
ſum per muſculi temporalis parten
carnoſam ſucciſionem, ac ſupra hanc
ut & prope ſuturam ſagittalem dua
inciſiones, nullibi tamen utramqu
tabulam penetrantes inflixerunt, ſicq́
patiens per duas horas abſq; ullo hu
mano auxilio humi jacuit, atque ſe
cundum teſtium depoſitionem ſan
guinis a ſeptem ad novem libras me
dicas per vulnerum hæmorrhagias ef
fuſionem erat paſſus, qua de cauſa vi
ad vitam revocari potuerat, tota enim
cutis erat admodum frigida, pulſusq́

cum

um reſpiratione initio vix ſenſibilis,
t per aliquot dies perpetuæ adfue-
int lipothymiæ. Tandem quarto die
bris acceſſit vulneraria, quippe quæ
ie octavo degeneraverat in pleuriti-
em. Iſta omnia interna ſymptomata
oſt 21. diem non tantum ceſſarunt,
d vulnera etiam ſucceſſu temporis
liciter ſunt ſanata, ita, ut, Deo bene-
icente indefeſſo atque ſolicito in cu-
a præſtito labori, integræ reſtitutus
t ſanitati, qui jamjam aliquoties ar-
na tulit erga patriæ hoſtem, licet ul-
us debiti atque gratitudinis nunquã
ierit recordatus.

RESOLUTIO.

EX hactenus dictis per ſe patet, mul-
tudinem harum vul-
erationum, ingentem
ulnerum hæmorrha-
iam, inſignem ſynco-
en, ac febrem vulne-
riam in pleuritidem tandem terminatam
ſubſecutas fuiſſe. Qua-
rum paſſionum ratio-
ne non tantum partes
vulneratas, ſed & cor
cum ſanguine, vaſis,
pleura, pulmonibus,
muſculis intercoſtali-

bus, &c. inter ſubjecti partes, imo adæquate totum corpus huc referri poſſe conſtat.

Ad vulnera quod attinet, illa cauſam habuerunt manifeſtam, per quam etiam vaſa ſanguinea ſunt dilacerata, & non tantum venoſa, ſed & probabiliter arterioſa, qua vaſorum apertura copioſiſſimi ſanguinis effluxus ſeu hæmorrhagia, præſertim cum æger ſine omni auxilio per bihorium in terra jacuerit, ſine impedimento contigit. Cui ſanguinis æque ac ſpirituum maximæ jacturæ lipothymiæ ſupremus gradus ſeu aſphyxia fuit adſcribenda; Ægrotus enim nihil quicquam movere vel ſentire potuerat, reſpiratio quoq; cum pulſ
vix ſenſibilis, totaqu
cutis erat frigida, at
lipothymia talis uſqu
in tertium diem, ſe
ſim ac ſenſim tame
in remiſſiori gradu,
etiam per plures di
ſub deligatione patie
tem afflixit. Cum au
tem circa quartum d
em pus in vulneribu
appareret, illud reſp
ctu multitudinis vu
nerum, (quibus vi
magna ingurgitatio
atque excandeſcentia
præceſſit, & poſtea
corpus tempore hy
mali frigori expoſitu
fuit,) non potuit no
cum ſanguine circul
ri, & æſtum, ſitim, pu
ſum celerem, & alio
febris vulnerariæ eff
ctus producere. P
iſtum ſanguinis mot
febrilem, inteſtinum
ſcilic

:ilicet æque ac loca-
m vehementiorem,
oſt diem criticũ, die
imirum octavo per
ietaſtaſin vaſa circa
euram in ſiniſtro la-
:re capillaria fuere in-
rcta, hocque modo
euritis ſeu iſtarum
irtium inflammatio
im tuſſi, febris conti-
uatione, crebriori re-
iratione, dolore af-
cti lateris pungente
:tum ſuum habuit.

Quanquam harum
mnium læſionum ſi
igulæ per ſe conſide-
ntur, nulla lethalis
erit,) muſculi enim
mporalis nervoſæ
irtis vulneratio peri-
iloſa exiſtit, carnoſæ
on item, „juxta Joh.
Vesling Anat. c. 12.
p.m. 206. Thom.Bar-
thol. Anat. reformat.
l. 3. c. 11. p. m. 535.
Jacot. comment. ad „
aph.1. l.1. ſect. 3. Coac. „
Hippocr. Sehenck „
obſ. de cap. 56. p.m. „
71. &c. „) attamen re-
ſpectu multitudinis in-
ſignium vulnerũ præ-
ſertim capitis, hæmorr-
hagiæ copioſisſisſimæ,
(de qua vid. Auct. p. „
59. lit. m. „) protra-
ctioris ſummæ lipo-
thymiæ, accedentis,
poſt febrem vulnera-
riam, aliquandiu du-
rantem, viresque ad-
modum proſtratas,
pleuritidis, &c. ægroti
ſtatus uſque in tertiam
hebdomadem admodũ
ambiguus, lethumque
ſæpius metuendum
fuit. Verum enim vero
Patientis juvenilis æ-
tas, ſana, robuſta, bo-
noque temperamento
antea prædita natura,
legitima tractatio, ac
Bene-

Benedictio præcipue divina ſanitatem ita promoverunt, ut ſine ulla reſtante, vel capitis, vel pectoris, vel artuum labe, qualis alias poſt finitam curam ſæpiſſime diu remanere ſolet, iſta uſque adhuc gaudere potuerit.

Ad vulneratum itaq; hunc accerſitus pro potu ordinario præſcripſi:

℞. Raſ. corn. cerv.
lign. ſaſſaphr. an. unc. iſ.
rad. liquir. chin. an. unc. ſ.
paſſul. min. unc ij.
herb. agrim. veron. ſanic. hed. terr. an. miſ.
flor. hyper. prim. ver. an. mſ.
coq. in menſ. iij. aq. font. ad ⅓ p. conſumt.

Et reliqua p. 107. ſeqq. enarrata pro diæta hic quoque conſului. Hæmorrhagia cum advenissem non ampli[us] durabat; vulnerũ tr[a]ctationem Dno Chiru[r]go, his in rebus ſatis ex[]perto, reliqui. Pro lipothymia itaq; tollend[a] primo die externe pr[o] narium, cordis & pu[l]ſuum epithemate:

℞ Aq apopl. unc. ſ.
Spir. ſal. armon. vo[l.] dragm. iſ.

Interne:

℞. Aq. meliſſ. borrag. roſar. an. unc. iſ[.]
cinã. bugloſſ. unc[.]
corall. rubr. ppt. dr. [ ]
margar. or. ppt. dr. [ ]
ſpir. ther. camph. dr. i[ ]
ſal tartar. vol. dr. [ ]
ſyr. fl. tunic.
rub. id. an. unc. j[.]
conf. alkerm. compl[.]
hyac. an. dragm. i[ ]

De qua mixtura ſing. [ ] horis 2. cochl. ori initi[o] prius aperiendo fuerun[t] exhibita.

E[ ]

Et cum quarto die fe-
oris vulneraria moleſta
eſſet:
℞. Antim. diaph. non e-
dulc.
C. C. phil. ppt.
oc. cancr. ppt. an
ſcrup. ij.
arcan. dupl. Mynſ.
ſcrup. j.
myrrh. pulv. ſcrup. ſ.
pro 4. doſ. ter in die in
pot. ord.
Die ſexto hi pulveres re-
petebantur.
Die octavo contra pleu-
ritidem.
℞. Mandib. luc. piſc.
ſperm. cet.
oc. cancr. ppt. an
dragm. ſ.
fl. ſulph.
ſangv. hirc. an. ſcrup. j.
antim. diaph. non e-
dulc. ſcrup. ij.
pro 4. doſ. mane & veſp.
in pot. ord.
℞. Mixt. ſimpl.
ſpir. C. C. rect. an. dr. iſ
ad gtt. 50. pomer. in brod.
Externe pro leniendo
dolore:
℞. Ungv. dialth. unc. ſ.
ſperm. cet.
ol. deſtill. carv.
camph. an. dragm. ſ.
ad cujus linimenti uſum,
uti alibi ſæpius, ita hic e-
tiam dolor remiſit.
Die duodecimo:
℞. Antim. diaph.
arcan. dupl. Mynſ.
C. C. phil. ppt.
ocul. cancr. ppt.
cinnab. nat. ppt. an. dr. ſ.
pulv. myrrh. rubr. ſcr. ſ.
pro 4. doſ. matut.
Die 16. ob æſtum quidē
iminutum, ſed nondum
penitus ſublatum conti-
nuavi:
℞. Antim. diaph. non e-
dulc. ſcrup. iiſ.
C. C. phil. ppt.
oc. cancr. ppt. an. ſcr. ij.
myrrh. ſcrup. ſ.
pro 4. doſ. matut.
Die 20 iſti pulveres fuere
reiterati & alterno mane
ſummo cum emolumen-
to propinati, atque ſic
ope divina Patiens a ſym-
ptomatibus internis libe-
rabatur, ejusque vulnera
etiam ſucceſſu temporis
penitus ſanabantur.

CASUS II.

De

CONTRAFISSURA.

MUlier quædam ſtaturæ admodu
proceræ, temperamenti chole
rico ſanguinei, 50. & quod excurrit
annorum, antea ſana, menſe ſeptem
bri, 1706. de ſcala lapidea eſt delapſa
ſynciput ſiniſtrum lapidi vehemente
alliſit, hinc ſtatim omnia fractura
cranii indicia apparuerunt, nemp
omnis ſenſus atque motus ſuſpenſio
ſopor, aphonia, vomitus bilioſus, vul
nus cutis in parte verticis ſiniſtra ad
cranium uſque penetrans, ſanguini
ex aure dextra effluxus, &c. Præte
hæc die quarto phrenitis ſupervenit
ſeu febris acuta cum deliriis, ſiti, ex
paveſcentia, vigiliis, ſumma virium
laſſitudine, dolore capitis intenſo, non
vero in vulneris loco, ubi ne fractura
veſtigium inveniri potuit, ſed in lãte-
re

oppoſito dextro, ubi tumor & olllities aliquantillum conſpiciebantur, manus ſæpius admovebatur, & nguis quoque ex aure effluebat; die enique undecimo inſultus epileptici tam corripuerunt. His vero ſublatis oſt ſuperatam per aliquot hebdomaes capitis debilitatem, ſanitatem integram, per Dei gratiam, recuperavit, t adhuc, volente Deo, ſana vivit.

RESOLUTIO.

Affectus hic plurimum habet ſimitudinis cum ſuperiori e cranii fractura; Apoplexiæ enim, & poea lethargi, die quoq; uarto phrenitidis inicia, cephalalgia, atq; ie undecimo inſultus pileptici, indeque imninens vitæ periculũ, juxta Auctores ſupra p. 56. 57. lit h ex iisem fere partibus affectis atque cauſis originem habuerunt, imo temperamenti, ætatis, fracturæ non manifeſtæ vel apertæ, phrenitidis protractioris, concuſſionis epilepticæ & e ratione, hic affectus illo multo gravior extitit.

Licet autem contrafiſſuræ dignotio ſe- „ cundum Dol. Ency- „ clop. chir. rat. p. m. 31. „

admodum difficilis ſit; Ex ſignis tamẽ fracturæ cranii cõmunibus, e. gr. perſonæ proceræ de ſcala lapidea delapſæ capitis ad lapidem vehementi alliſione, omnis ſenſus atq; motus ſuſpenſione, ſopore, aphonia, vomitu bilioſo, ac in ſpecie ex ſyncipitis ſiniſtri alliſione, & cutis ibidem vulneratione, illæſo tamen ſubjacente oſſe bregmatis ſiniſtro, & e contrario ſanguinis ex aure dextra effluxu, ſyncipitis dexti quodã tumore atque mollitie, dolore intenſo, manus ſæpius illuc reiterata admotione &c. iſta hic hariolanda fuit. Accidit vero ſecundum

„ Dan. Sennert. Pract.
„ med. l. 1. p. 1. c. 23. p.
„ m. 156. reſonitus ex reſultu ictus in parte a plaga diſtantem & reſiſtendum minus a tam, dum enim aër diploë concluſus veh menter ex ictu alteri loci agitatur, & impe litur undiq;, fit, ut loc alteri alliſus calvæ ſ lidæ illam perfringat

Ex fonte Diætetic decoctum pro potu alia contentis in p. 10 ſeqq. fere ſimilia ord navi.

E fonte chirurgic primo ſtatim die v næſectio inſtituebatu & capilli deradebãtu

Ex pharmacia porr præſcripſi externe pr pulſuum, narium at cordis illinitione:

℞. Aq. apopl. unc. j.
ſpirit. apopl. dragm.
ſal. arm. vola
dragm. iſ.
tinct. caſtor. ſcrup. i

Pro capite:

℞. Ung

. Ungv. populn. unc. ſ.
ol.expr.laur. dragm.iij.
deſt.cumin. ſcrup. ij.
ſperm. cet. dragm. j.
camph. dragm. ſ.
iperponendo empla-
:rum cephalico-reſol-
ens & alia.

Interne:

:. Aq. flor. til. unc. j.
chærefol. unc. iſ.
lil. convall. ſ. v.
cinam. borragin.
an. unc. ſ.
ſpir. ſal. arm. ſuccin.
dragm. j.
eſſent. caſtor. ſcrup. ſ.
pulv. contr. caſ. Aug.
ſperm.cet. an dragm. j.
ſpecif. ceph.rubr.Mich.
raſ. ungul. alc. an.
ſcrup. ij.
ſyr. paralyſ.
chærefol. an. unc. ſ.
conf. hyacinth. dr. ij.
ng. 3. vel 4. hor. cap. 2.
cochl.

Cum die quarto phre-
itis affligere incipe-
et:

℞. aq. flor. til.
rub. id. an. unc. iſ.
epil. Lang.
cinam. cyd. an.
dragm. ij.
pulv. bez. alb. ſennert.
antimon. diaph. non
edulc. an dragm. j.
ciñab. antim. dragm. ſ.
tinctur. roſar.
ſyr. granat. an. drag. vj.
conf. hyacinth. drag. ij.
doſ. ſing. 4. hor. 2. cochl.
℞. Nitr. antim. dragm. j.
reſolv. in pot. ordin.
menſ. 1.
℞. conſ. citr. unc. j.
conf. alkerm. inc.
dragm. iij.
camph. ſcrup. ſ.
croc. ſcrup. j. pro epi-
them. cord. pulſ. atque
front.

Hisque vel ſimilibus continuavi donec die 11. convulſiones periculi metum incuterent, tunc

℞. Aq.

℞. Aq. fl. til. lil. convall. ſ. v. an. unc. j.
epil. Lang. cinam. cydon. an. dr. ij.
pulv. marchion. antepil.
raſ. cran. homin. viol. mort. ext.
arc. dupl. Mynſ.
cinnab. antim.
ſpeciſic. ceph. rubr. Mich. an. drag. ſ.
ſyr. paralyſ. unc. ſ. ſing. 2. hor. 2. cochl. cap.

Atq; ita etiam convu[l]ſiones ſtatim remiſ[e]runt, pro reſtante ca[]pitis debilitate pla[n]nihil poſtea uſurpa[r]voluit, quæ tamen al[i]quot hebdomadibus [e]lapſis ſenſim atq; ſen[]ſim ſponte ceſſavit ſicque priſtinam, au[]xilio divino, recupera[]vit ſanitatem, qua ad[]huc gaudet.

CASUS III.

De PHRENITIDE poſt capitis percuſſionem.

MOlitor ad amnem Cocheram tri-ginta circiter annorum, tempera-menti cholerici, ſtaturæ mediocris macilentus, per triennium, & quod excurrit, phthiſica afflictus diſpoſitione, menſe ſeptembri anni 1709. poſt lapi-

ıpidis molinaris diſruptionem & in ruſtula comminutionem ad caput & naxillam inferiorem a grandi ſaxi i- ius portione ita fuit percuſſus, ut naxilla inferior cum aliquot dentium liſione plenarie perfringeretur, ac æ- rotus initio apoplecticus poſtea hreniticus redderetur, & licet nulla nanifeſta fractæ calvariæ adfuiſſent ndicia, phrenitidis tamen maxima ehementia, & plus quam triennalis hthiſica diſpoſitio ſalutarem progno- in formare minime concedebant, præter omnem vero ſpem & opinio- nem Divina Bonitas remediis a me ordinatis ita benedixit, ut intra breve emporis ſpatium a phrenitide libera- us fuerit.

RESOLUTIO.

QUoniam phreni-tidis æthiologiam tq; ſemioticam ſupe- ıus jamdum ſatis deli-neavi, iſtarum repeti-tione hic ſuperſedeo.

Cumque tertio demũ die vocarer, & ſublato apa-

apoplexia phrenitis inſtaret, non tantum ad hanc, ſedet ad tuſſim phthiſicam tum temporis animum intendere ſtimulabar, idcirco ordinata legitima diæta, relicta maxillæ fractura cum capillorum abraſione, emplaſtri capiti impoſitione, ejusdemque per cephalica fomentatione &c. chirurgis; rejectis medicamentis a quodam barbitonſore propinatis ſpirituoſis calidioribus, ſequentia præſcripſi:

℞. Aq. flor. til.
acat.
chærefol.
ceraſ. nigr. an. unc. iſ.
liq. nitr. fix. per deliq. unc. ſ.
C. C. ſuccin. dr. iſ.
eſſent. caſtor. ſcrup. ij.
mixt. ſimpl.
cinnab. nat. ppt. a
dragm. ij.
ſacch. ſaturn. ſcrup.
ſyr. paralyſ. unc. iſ.
conf. alkerm. inc. dr. i
ſing. 2. vel 3. hor. 2. a
ſum. cochl.

℞. Spec. pro decoct. pe
ctor. unc. iſ.
viſc. querc.
raſ. ebor.
lign. ſantal. citr.
corn. cerv. an. unc.
rad. pœon.
doron.
ariſtol. rot.
acetoſ. an. dragm
iij. coq. in men
iij. aq. font. ad dim.
pro pot. ord.

Die morbi quarto urina adhuc erat rubicunda, clara, ac patiens i eodem ſtatu ac præcedente die, unde remediorum præſcriptor continuationem ſuaſ

Sexto vero morbi di omnia ſymptomata fuere graviora, hin porro ℞

Aq. chærefol.
flor. til.
ceraſ. nigr. an.
unc. iſ.
arc. dupl. Mynſ.
cinnab. nat. ppt. an.
dragm. iſ.
ſyr. chærefol.
hed. terreſtr. an.
unc. j.
ſ. ſing. 4. hor. 2. cochl.

raſur. ebor.
corn. cerv. an.
unc. iſ.
viſc. querc. unc. j.
ſpec. pro decoct. pect.
unc. ij.
rad. bardan. dragm. x.
pœon.
doron.
ariſt. rot. an. unc. ſ.
herb. hed. terreſtr.
ſanic.
millefol.
flor. hyperic. an. m. j.
ſem. aniſ.
fœnic. an. dr. iij.
ſinap dragm. j.
ij. in 4. menſ. aq. font.
dim. pro pot. ordin.

Adhæc undecimo morbi die deliria cum æſtu remiſerunt, in urina coctionis ſigna apparuerunt, patiensq́; de doloribus hinc inde conqueſtus eſt, ſed ejectio per tuſſim difficilior fuit reddita, itaq́;
℞. mixt. præced. add.
ſperm. cet. dragm. j.
ciñab. nat. ppt. dragm. ſ.
ut ante uſurp.
℞. ſpec. pro pot. ordin.
præc. add.
priap. cerv. inciſ.
dragm. iij.
herb. chærefol. m. j.
coq. ut ante.

Poſt horum medicamentorum uſum ejectio pectoralis cum minore difficultate contigit, ægrotusque ſenſim atq́; ſenſim talem ſanitatis ſtatum recuperavit, quali ante hoc infortunium fruitus eſt.

CASUS

CASUS IV.

De

DELIRIO MELANCHO-LICO.

VIr ſplendida ſtirpe natus, trigin-
aliquot ferme annos habens, ſt-
turæ mediocris, temperamenti chol-
rico-melancholici, a juventute ſtudi-
deditus, deinde arma ſecutus, poſte-
ad conjugium licet per aliquot jam
dum annos hactenus ſterile accedens
ad iram &c. admodum facilis, unc
aliquoties choleram & cephalalgiam
eſt paſſus; Tandem abſente per quod-
dam temporis ſpatium conjuge, præ-
miſſis aliquot noctibus inſomnibus
menſe Majo 1708. in tantum delir-
delapſus eſt, ut ſibi imaginatus fuer-
Principem quendam cum ſuo com-
tatu cubiculum patientis intraſſe,
ſcrinia hinc inde aſcendiſſe, omnes
ferarum, e. gr. leonum, tigrium, urſ-
ru-

um, cervorum, & etiam ſerpentum
tque ſcorpionum pellibus indutos,
nſtrumentis muſicis inſtructos, pati-
ntique verbera minatos fuiſſe; hinc
nedia nocte ad illius loci paſtorem
urrit, hujusque implorat auxilium,
dmodum timidus, anxius, atque
netu perculſus, mox vero animum
nutat, domum redit, & arrepto ſclo-
eto adverſarios ſecundum ſuam ima-
inationem transfoſſurus, globum
er feneſtram ejaculatur. In tali ſtatu
ummo mane ad ipſum ceu admodũ
criculoſe decumbentem vocor; cum
luc veniſſem, præter opinionem Dn.
atiens, quem ſecundum famuli re-
ationem phreniticum æſtimavi, ob-
iam mihi ivit, ipſumque febri plane
arere ex pulſu aliisque obſervavi; ſta-
im autem narrare incepit, qua ratio-
ie præcedenti nocte ab illo Principe
errore & ira commotus fuerit, tali-

 bus

bus ſeriis geſtibus, ac ſi veriſſima fui-
ſet hiſtoria, cum vero interrogaſſem
qualium beſtiarum pelles fuerint, qui-
bus peregrini iſti amicti fuiſſent? &
ipſe inter alias ſcorpionum atque ſer-
pentum mentionem faceret, tum
delirium tale clariſſime eluceſcebat.
Hinc ſine mora neceſſaria ordinavi,
quibus inſultus hi furioſi iſto die ad-
huc minuebantur. Interim ſclopeta
gladios & alia arma removenda ſuaſi
quo facto in opinione ſua confirma-
tus eſt, & iſta ab his hoſpitibus abla-
ta eſſe credidit. Inſequenti nocte pa-
catior quidem fuit, & ſine ullis am-
plioribus inſultibus furioſis; Princi-
pem tamen rediiſſe, & in proximo
hujus vero Aulæ Magiſtrum in remo-
tiori cubiculo conquieſcere putavit
ſæpius riſit, & ſic iſtam ac quasdam
ſubſequentes noctes ſine ſomno tran-
egit, poſtea ſedula remediorum con-
tinu

inuatione delirium quidem remiſit, x dormire incepit, ſed initio interuptim, & cum intermixtis terroriɔus, tandem tamen naturaliter, & erſuaderi potuit, phantaſmata ſeu eliria hæcce fuiſſe, quæ per aliquot ebdomades revera contigiſſe, acriter ontendebat.

Adhæc acidularum uſum conſului, tque ſic auxilio divino ab hoc malo actenus liber permanſit.

RESOLUTIO.

DElirium hoc melancholicum idq; ſum circa unum iemque objectum verns, ac varia phantaſata de Principe iſto ıgens, cum intermix- uno vel altero inltu maniaco, (quales melancholia „ ſecundum Raym. Joh. Fort. Conſ. & reſp. med. Tom. 2. cent. 1. Joh. Jac. Manget. B. „ M. Pr. t. 3. l. 11. tit. de „ mania & melanch. „ p. m. 250. Vict. Trin- „ cavell. conſ. 11. l. 1. „ p. m. 31. f. non raro „ deprehenduntur,) ex meticuloſitate, triſtitia, vigiliis nimiis, febris abſentia &c. cognoſci ſatis potuit.

Cujus cauſa proxima ſecundum Mich. Ett- „

 müller

„ müller. Prax. med. p. „ 2. c.13. p. m. 381. duo præſupponit, 1 eſt habitus corporis & maſſæ ſanguineæ melancholicus, 2. eſt ſuperadditum delirium, cujus ratio potiſſimnm in ſpiritibus animalibus, eorumque natura & motu vitiatis inveſtiganda venit.

Inter cauſas remotas temperamentum, ad iram &c. proclivitas, diutina conjugis abſentia, atque inde ſeminis retentio, ſæpius repetita choleræ & cephalalgiæ perpeſſio &c. huc referri potuerunt.

Affectus hic ſicut utplurimum chronicus eſt, ita eo magis talis conjiciebatur eſſe, quia cibus reſpuebatur, nec ſomnus admittebatur; quoniam vero Dna conjux revertebatu & in medicamentor aſſumtione tractabil erat, delirium quide poſt octiduum remiſi ſed recidiva poſt plu res ſeptimanas ex ſo mno interrupto, terro ribus intermixto, ve tigine & aliis metu batur, ſedula tame remediorum continu atione, & tandem ac dularum uſu Bened ctione divina ex ho evaſit malo.

Simulac itaque po adventum meum d hoc delirio certior re ditus fui, ſtatim in p de dextro venam ap rire & ſanguinis un vij. emittere juſſ poſt veſicatoria nucl & poſt aures imp nenda curavi, por præſcripſi:

℞. Anti

℞. Antim. diaph. mart.
achect. Lud. ſcrup. j.
ecif. ceph. rubr. Mich.
innab. antim. arcan.
upl. Mynſ. an dragm. iſ.
cch. ſaturn. gran. v.
amph. croc. an. gr. xij.
ro 6. doſ. mat. & veſp.

℞. Tinct. mart. pomat.
or. hyperic. an. unc. ſ.
d gtt. 70. bihor. ante
aſt. in pot. ordin.

℞. Raſ. C. C. ebor. an.
nc. iij. herb. fumar. bux.
agall. parid. flor. bu-
loſſ. borrag. hyperic.
nth. an. m. ſ. cort. ta-
ariſc. aurant. ſem. aniſ.
rcan. dupl. Mynſ. an. unc.
croc. dragm. ſ. $\frac{1}{3}$ p. coq.
in menſ. ij. aq. ad $\frac{1}{4}$ part.
conſumt. pro pot. ord.

Enemata quoque aliquoties applicare, & cum talibus vel ſimilibus pulveribus per aliquot ſeptimanas, ut & cum potu pro circumſtantiarum ratione ſubinde mutato continuare, & menſe Julio præmiſſis præmittendis acidularum Svalbacenſium uſum cum emolumento conſului.

CASUS V.

De
FEBRE ACUTA CUM vehementiſſimis CONVULSIONIBUS.

COriarius ad amnem Cocheram robuſtæ ſtaturæ temperamento

præditus colerico-ſanguineo, trigint
præter propter annos labens, ebrietat
ut & iracundiæ admodum deditus
Hic menſe Junio 1707. non tantum
febre laborabat, ſed etiam quarto va
letudinis adverſæ die præter vomi
tum & tuſſim ſangvinolentam ali
quoties, veſperi præſertim, per dua
integras horas convulſionibus epile
pticis erat correptus vehementiſſimis
ita ut omnes adſtantes, vel potius i
genua procumbentes nil niſi certiſſi
mam metuerent mortem, in quo pa
roxyſmo linguam dentibus maxim
vulneravit; hoc finito ſtatim remedii
antepilepticis, aliisq; morbo iſti con
venientibus ulteriori convulſionum
inſultui interdixi, quinto atque ſext
die continuans delirium, una cum
cephalalgia, quæ demum ſentiebatur
atque inſequente aurium ſuſurru, ple
narie ſublatum, & ſic æger brevi tem
pori

poris ſpatio ope divina in totum fuit reſtitutus. Verum patiens, recuperata ſanitate, ut eam retineat, parum fuit ſolicitus, ſed conſuetos antea vini atque iræ exceſſus repetiit, quippe qui effecerunt, ut poſt anni quadrantem denuo in febrem cum delirio, convulſionibus, diarrhæa, teneſmo &c. inciderit, quibus omnibus conſilio ac aptis medicamentis in tempore iterum ſuccurri, & ſanitatis reſtitutionē, quantum in me fuit, promovi. Utrum vero memoratos exceſſus deinde abrogaverit, nec ne? me latet.

RESOLUTIO.

Febrem acutam hic adfuiſſe ex urente caliditate, ſiti intenſa, pulſu frequenti, celeri, lingua arida, anxietate, delirio, urina cruda, turbida &c. facile colligi potuit. Non tantum hæc memorata ſymptomata, ſed & diverſis temporibus convulſiones, (ſeu functionum animalium ad tempus ceſſatio, cum motu totius corporis convulſivo, ſpuma anteos, & digitorum ſtricta contractione,) cepha-

phalalgia, aurium ſuſurrus, tuſſis ſanguinolenta, vomitus, & in recidiva diarrhæa cum teneſmo &c. inſtabant.

Quorum ratione primæ viæ æque ac cerebrum, cor, vaſa, pulmones &c. imo ad æquate, ut in caſu primo, totum corpus inter ſubjecti partes recenſeri potuerunt.

A motu igitur ſanguinis, ſeu potius totius maſſæ humoralis, inteſtino ac locali vehementiori facto, vel ut aliis placet, fermentatione præternaturali ita continuo pergente, & ſpirituum influorũ præternaturali fervore & impetu hinc concitato prædicta ſymptomata originem traxerunt.

Motui autem ſeu fermentationi iſti præternaturali anſam dedi[t] humorum acrimonia per vini ac iræ exceſſum aliaque excitata quæ in plurimis loci[s] vim ſuam exeruit: e[.] gr. irritando 1. fibra[s] ventriculi; 2. trachæa[e] ramificationes, ejusque vaſa; 3. nervorum principium; 4. capitis partes; 5. fibras ac glandulas inteſtinales 6. ani ſphincterem; 1. ventriculi motus periſtalticus inverſus ſeu vomitus, 2. tuſſis ſanguinolenta, 3. convulſiones, 4. cephalalgia, 5. diarrhæa, 6. teneſmus &c. oboriebantur; imo ſanguinem ipſum effervescentia tumidum reddendo, æſtus, ſitis, anxietates, delirium, aurium ſuſurrus

rus &c. promanant. Multum etiam id fecerunt temperamentum, ætas, (juxta Hippocrat. aph. 29. ſect. 3.) tempus tivum, („ſecundum eundem aph. 21. ſect.) ebrietas, iracundia, c.

Apud hunc ægrotum convaleſcentiam exſpectare, convulſiones e quarto critico, ob etaſtaſin materiæ orbificæ ad partem obiliorem „ſecundū Hippocrat. aph. 24. 26. ſect. II. & ſect. IV. aphoriſm. 66. plane re interdixerunt: Sed ræter opinionem roſta ſtatura ac natu, ætas virilis, conrua tractatio, ac ante mnia divini Numinis rovidentia, etiam ſeunda vice periculoſiſſimi hujus morbi profligationem, ac valetudinem bonam, (cujus indicia aurium ſuſurrus juxta Hippocr. aph. 60. ſect. IV. præbuerunt,) illi promoverunt:

Cum igitur die demū quarto accerſerer, venæſectioque jamdum eſſet præmiſſa, pro potu ordinario conſului:

℞. Raſ. C.C. paſſul. min. an. unc. j. rad. liquir. dragm. ij. pœon. ſem. aniſ. viſc. querc. an. unc. ſ. nitr. tabulat. dragm. iij. pom. citr. dimid. coq. in aq. font. menſ. ij. ad ¾ p. conſumt. porro:

℞. Aq. rub. id. acetoſ. ceraſ. nigr. flor. til. an. unc. j. pulv. marchion. viperin. ſimpl. bezoard. alb. Sennert. arcan. dupl. Mynſ. an. dragm. ſ. cinnab. nat. ppt. ſpecific. ceph. rubr. Mich. an.

b 5 ſcrup.

ſcrup. j. ſyr. rub. id. acetoſ. citr. paralyſ. an. unc. ſ. ſacch. perlat. dragm. ij. ſing. 2. hor. cap. 2. cochl.

Pro gargariſmate:

℞. Herb. prunell. ſalv. flor. malv. hortenſ. an. mj. rad. alth. lil. alb. an. dragm. ij. ſem. lin dr. iij. nitr. crud. depur. dragm. iſ. coq. in menſ. 1. aq. fontan ad ¼ p. conſumt. colat. add. mell. roſac. unc. iſ. Die morbi quinto, quia iterum delirare incepit ægrotus, continuavi:

℞. Pulv. bez. alb. Senn. marchion. viperin. ſimpl. ungul. alc. cran. homin. viol. mort. ext. arcan. dupl. Mynſ. cinnab. antim. ſpecif. cephal. rubr. Mich. an. dragm. ſ. pro 6. doſ. ſing. 4. hor. in ſeq. vehic.

℞. Aq. fl til. lil. con vall. ceraſ. nigr. rub. id. acetoſ. an unc. j. epil. tang. cinam. bugloſſ. ſyr. rub. id. acetoſ. citr. paralyſ. an. unc. ſ. ſacch. perlat. conſ. hyac. an. dra ij. Externe pro epith mate ad frontem, ter pora, verticem, pulſ atque cor.

℞. Aq. ceph. ad ex regin. Hung. an unc. ſpir. ſal. arm. volat. dr. ol. deſt. ſuccin. majora ſalv. rut. roſmar. a ſcrup. ſ.

Die ſexto ſubſulti tendinum, floccoru carptura, ſtridor de tium non amplius ol ſervabantur, hinc ſi convulſionum me vivebat, ſed adhuc d lirabat, igitur

℞. Pulv. præc. ad camph. ſcrup. ſ. in mix præc. ut ante aſſumen Die ſeptimo ſine delir etiam degebat, & de c phalalgia conquereb tur.

℞. Pulv. præc. add. lo camph ſal. ſuccin. vo ut ante uſurpand. Pr epithemate frontis.

℞. A

℞. Amygd. amar. nucl. [..]rſic. an. unc. ſ. nitr. an[..]mon. dragm. ij. camph. [..]oc. an. dragm. ſ. add. [..]ic. pan. nigr. m. ij. rut. [..]c. m. j. irror. ſpirit. [..]æc. cum eſſent. caſtor. [..]agm. j. Hiſce hoc mo[..] feliciter evaſit; Et [..]m menſe ſeptembri [..]dem morbo iterum [..]rriperetur cum diar[..]æa & teneſmo, ſpecie[..]s pro potu loco paſſu[..]rum & nitri, priap. [..]rv. cydon. ſicc. herb. [..]ummular &c. item mi[..]turis vel pulveribus [..]ulv. pannon. rubr. ad[..]ci, abdomini pro diar[..]æa cataplaſma ex pan. [..]ellit. cum aromat. & amygd. coct. theriac. unc. ſ. nuc. moſch. dragm j. maſtich. dragm. ij. vitriol. mart. ſcrup. iv. imponendum, item pro teneſmo fomentum ex decoct. rad. betul. fol. querc. fl. roſ. rubr. cupul. gland. in aq. ferrar. conſului.

Et ſic mutatis paulum mutandis ope divina denuo reconvaluit.

Quid ira hiſce in caſib9 valeat, experta quoque eſt menſe novembri ejusdē anni uxor quædam in eodē loco, de qua in ſequenti caſu.

CASUS VI.

De EPILEPSIA POST PASSIONEM HYSTERICAM.

PRædicta uxor, temperamenti ſanguineo-cholerici, ſtaturæ ſublongæ.

gæ, conſtitutionis aliquantum m
cilentæ, totidem fere àc ante nomin
tus coriarius annos habens, ad terr
rem, mœrorem atque iram commo
paſſionibus correpta eſt hyſtericis, u
alias quandoque, quæ tamen hic, ſ
cut nunquam antea, in ingentes te
minabantur convulſiones epilepticas
ſæpius repetitas, valetudinis ſpem o
mnibus propemodum denegantes
quo in ſtatu ego vocatus, ſelectiſſim
antepileptica atque uterina propinav
& propter conſtipationem alvinam
clyſma applicandum juſſi, quibus Be
nedictione divina paucis diebus inte
gre convaluit.

RESOLUTIO.

QUia hæc ægrota alias quandoque uteri ſuffocatione ſeu paſſione hyſterica laboravit, & per nominata animi pathemata eadem iterum correpta eſt; hypochondrioru enim tenſiones dolo roſæ, flatus, borboryg mi, motus cujusdam qſ. globi hinc inde im petuoſe in abdomin agitati, & ab inferio

loc

;o ad ſuperiora pe-
dentim aſcendentis,
æcordiorum anxie-
tes, reſpiratio diffi-
lis, vertigo, pulſus
bilis, rarus, parvus,
lpitatio cordis &c.
u evidentia paſſio-
s hyſtericæ ſigna ad-
erunt. Cumque hæc
epilepſia non diffe-
rat ſecundum Mich.
Ettmüller. Prax. med.
p. 3. p. m. 32. niſi par-
affecta, quod nempe
oilepſia dicitur quan-
o afficit partes exter-
as, & paſſio hyſterica,
uando internas. Hinc
nimi affectuum vehe-
nentiorum continua-
ione epilepſiæ inſultus
æpius repetiti acceſſe-
unt.

Quia igitur ſecundū
Thom. Williſ. de mor-
bis convulſivis, ſuffo-
catio hæc uteri ad morbos convulſivos refertur; ſubjectum inde quoque hujus erunt nervi, horumque vel principium, vel inſigniores plexus, vel aliæ partes nervoſæ.

Quorum vellicatio a materia acri facta omnia patientis hujus ſymptomata procreavit.

Per terrorem enim, mœrorem ac iram ſpiritus ad motus inordinatos ſunt coacti, qua occaſione pancreas & porus bilarius conquaſſata effuderunt ſuos ſuccos, unde plures nervorum ſurculi ac plexus affecti, & modo memorata paſſionis hyſtericæ (ob nervorū magnam ſenſibilitatē, naturæq; hinc ad hunc morbum majorem inclinationem) ſymptomata

mata, ingentium vero animi paſſionum protractione convulſiones epilepticæ ſæpius reiteratæ &c. excitata fuerunt.

Quales epilepſiæ perfectæ præſertim per plures vices repetitæ, ac hyſtericam paſſionem inſequentes, quod ſecundum,, Ettmüller. l.c. p.m. 26.,, raro contingere ſolet, mali hujus gravitatem deſignarunt.

Curam igitur vocatus ſuſcipiens præſcripſi die 22. Novembr.

℞. Pulv. marchion. antepil. dragm. ij. cinnab. nat. ppt. dragm. iſ. caſtor dragm. ſ. aſ. fœt. ſcrup. j. laud. hyſter. gr. vj. ſal. vol. C.C. gr. XV. pro 6. doſ.

℞. Viſc. querc. unc. j. rad. dictamn. alb. pœon. mar. deb. temp. collect. ſ.m. aniſ. an. unc. ſ. he matric. meliſſ. flor. conv. paralyſ. an. mj. nam. cubeb. mac. car exc. an. dragm. ſ. coq. menſ. ij. aq. font. ad ¼ conſumt. pro potu ord

℞. Aq. ceph. ad ex unc. j. ſpir. ſal. arm. v lat. dragm. ij. eſſent. c ſtor. dragm. j. croc. dra ſ. ol. deſt. ſuccin. roſma an. ſcrup. j. M. pro ep them. front. pulſ. & n rium. Die 24. Novemb convulſiones interi augebantur, alvusque rat obſtructa, igitur

℞. Rad. leviſtic. alt malv. lil. alb. an. drag ij. herb. meliſſ. flor. ve baſc. cham. an. mj. ſe lin. carv. an. unc. ſ. co in brod. menſ. ſ. ad di colat. add. ſal. com. m. vitell. ovor. n. j. ol. li unc. ij. pro enemate.

℞. Aq. fl. til. unc. iij. l convall. ſ.v. unc. iſ. che ſ. v. unc. j. epil. L. unc. ſpir. C.C. ſuccin. drag. cinnab. nat. ppt. ſpec

cep

ph. rubr. Mich. caſtor. dragm. ſ. ſulph. aurat. tim. diaph. ſcrup. ſ. ſe nd. human. ppt. lumbr. reſtr. ppt. an. ſcrup. j. fl. tunic. unc. j. ſing. nor. cap. 3. cochl.

Hiſce Benedictione divina paucis diebus integre convalvit.

Pro cura autem prophylactica nihil amplius deſideravit.

CASUS VII.

De PILEPSIA ſecundi gradus CANTATORIA.

VIrgo 18. circiter annorum matri lethaliter decumbenti fideliter inrviens per duos fere menſes placido ſufficienti ſomno caruit, unde poſt atris mortem & fluxus menſtrui r 12. vel 14. hebdomades emanſioem mœſta menſe Septembri 1709. aximis afficiebatur paſſionibus hyericis, in totius corporis concuſſioes deſinentibus, quibus nonnullas eſticulationes etiam ſubridendo inrmiſcuit, atque arguto non inſuavi

ſono

ſono melodias variorum hymnoru
in templo uſitatorum edidit, & po
paroxyſmos omnium ſecum acto
recordata fuit, in templo fuiſſe & tal
hymnos cantaſſe narravit. Quæ ver
diſcuſſis mox convulſionibus, & pr
ritato iterum menſium fluxu, hact
nus bona gaviſa eſt valetudine.

RESOLUTIO.

EPilepſia hæc ſecundi gradus ex eo demonſtrari potuit, quoniam poſt paſſiones hyſtericas totius corporis concuſſiones quidem, ſed cum intermixtis geſticulationibus, riſibus, cantilenis &c. citra ſenſuum tamen ac rationis ceſſationem ægrotam afficiebant.

Inter cauſas huc relatas ſunt nimia filialis ſervitus, ſomni carentia, menſium emanſi moeſtitia &c.

Cæteræ plurimu habent affinitatis cu caſu præcedenti, n quod cerebrum h non tantum paſſu ſic, unde huic etiam milia fere ac prædic uxori, ut & veſicato bracchiis applicand & poſtea præmiſ præmittendis emen goga ſummo cum molumento ordina

CASU

CASUS VIII.

De
EPILEPSIA ſecundi gradus ALIA RARIORI.

SUtoris tyro 15. annorum menſe Junio 1707. paucis poſt lactis hauſtum diebus, caput reclinatum e lecto præcipitanter protruſit, ac pedibus ſimul inſigniter calcitravit; iſtiusmodi paroxyſmus, quem ſemper oſcitatio præcedebat, initio aliquoties tantum de die ægrotum afflixit, ſed numerus ſucceſſu temporis ſemper augebatur, ita ut tandem ultra quinquaginta quotidie numerari potuerint paroxyſmi, in quibus motus tales agitatorii ſubinde variabantur, nam modo pectus percuſſit, modo manuum palmas, modo harum dorſa invicem alliſit, modo felium clamorem, ſicuti ſub coitu clamare ſolent, imitatus eſt, & talia per multas hebdo-

 mades

mades duraverunt, tantumòdo inter diu, ſine ulla ſenſuum ac rationis læ ſione, atque etiam nocturna paſſion

EX hiſce epilepſiæ ſecundi gradus quidem manifeſta ſatis erat, ſed in ſingulorũ e. gr. perverſorum iſtorum motuum tantummodo diurnorum, ſubitaneæ morbi ceſſationis ad propinata a cerdone, nec potius ad forte vomitorium, aliaque legitime ordinata &c. exactis æthiologiis reddendis meam facile fateor ignorantiam. Licet igitur nihil unquam ad mali hujus ſublationem a me intermiſſum fuerit, exhibui enim forte ſatis vomitorium, & omnia per propriam celeberrimorumque Practico rum experientiã pro batiſſima, quæ contr convulſiones &c. eli & excogitari potu runt, una cum ven ſectionum adminiſtr tione, ad quæ quiden capitis retractio ceſſ vit, in reliquis tame nihil levaminis perc piebatur, donec a ce done quodam ba ſulph. ol. hyperic. ſuccin. an. gtt. aliqu propinarentur, quibu (uti mihi relatum fui glomorum nonnull rum vomitus, & hu ſubitanea morbi ceſſ tio ſupervenit.

CASU

CASUS IX.

De CONVULSIONE SPASMODICA.

MEnſe Julio anni 1706. Nagelſpergam vocatus ſum ad murarium natum ex Comitatu Tyrolenſi, qui per quatuor integros menſes contractione muſculorum tibiam dextram flectentium laboravit, ita ut neque tibiam extendere, neq; femur antrorſum movere potuerit, atque ab hoc tempore furculis alaribus niti atque ingredi fuerit coactus, una cum ſummis totius femoris cruciatibus, vigilias propemodum continuas, ac totius corporis emaciationem inducentibus; varia quidem a diverſis uſurpavit, ſed omnia fruſtra, cum mali potius augmento, quam ullo levamine. Ad mea autem ordinata, (quod ſine jactantia dixerim,) divina Benedictione

tribus hebdomatibus vix elapſis fulcr ſua ſubalaria rejecit, & ubivis ambula re, ſaltare, ac opificiū ſuum ſine ull plane impedimento potuit exercere.

RESOLUTIO.

Convulſio hæc ſpaſmodica clariſſime cognoſcebatur ex continua & doloroſa muſculorum tibiam dextram flectentium verſus ſuam originem præter voluntatem, contractione, conjuncta cum partis affectæ rigore, ac figuræ atque motus depravatione.

Quæ convulſio ſpaſmodica „ ſecundum „ Excellentiſſ. D. D. „ Frid. Hoffmann. &c. „ Fund. Medic. l. 2. c. 7. „ §. 103. p. m. 128. originem habuit ab inæquali ſpirituum per nervos influxu, qui contigit, dum nervorū fibrillæ ab acriori quadam re irritatæ inæqualiter ſe contraxerunt, atq; hic majora illic minora interſtiti reliquerunt, per qu ſpiritus inæqualite tranſeuntes ad unan partem copioſius & a alteram languidius in fluxerunt, ibidemq; d verſo modo ſemet ex pandentes hanc relaxarunt, & illā ſpaſtic tetenderunt. Et qui membrum ſemel con vulſum diu poſtmod rigidum permanſit hinc iſtius contractur oborta eſt.

Ad cujus ſublationem ſeqq. ordinavi:

)ie 2. Julii. Cum ægro-
|s jamdum ab aliis pur-
intibus ſatis vexatus
erit, ego ſcorbutici
hid ſuſpicans pro potú
rdinario conſului:
℞. Rad. chin. ſarſaparill.
n. drag. iij. liquir. unc. ſ.
erb. chamædr. chamæ-
yt. ſalv. ſtrobul. pin. an.
ij. paſſul. min. unc. iſ.
m. aniſ. dragm. vj. ciná.
ragm. ij. coq. in aq. fon-
n. & ſer. lact. an. menſ.
ad ¼ p. conſumt. add. ⅓
vin. Externe ad lum-
os & oſſis ſacri regioné
cculum calidum ex for-
nicis in vino coctis or
inavi. Porro pro uſu
terno præſcripſi:
℞. Tinct. antim. tartariſ.
itrol. mart. tartariſ.
ud. ſpir. C. C. ſuccin. an.
ragm. iſ. eſſent. lignor.
ragm. ij. doſ. gtt. 60.
or. 9. in pot. ord.
℞. Cinnab. nat. ppt. dr. j.
ntim. diaph. mart. cach.
ud. ſcrup. ij. pulv. myrrh.
ntihect. Pot. an. drag. ſ.
l. vol. ſucc. ſcrup. j miſc.
o 6. doſ. hor. 4. in brod.

Die 7. cum dolor iterum urgeret:
℞. Succin. alb. ppt. drag. ſ. caſtor. ſcrup. ſ. cinnab. nat. ppt. ſcrup. j. ſal. ſuccin. volat. pulv. anod. Lud. an. gr. iv. pro 2. doſ.

Externe:

℞. Spir. vin. rect. unc. ij. ol. deſt. tereb. dragm. j. ſuccin. dragm. ſ. petr. ſcrup. ij. Die 9.

℞. Raſ. rad. bryon. vitriol. alb. an. unc. j. vitr. antim. dragm. j. cum lumbr. terreſtr. mij & acerv. formic. coq. in. aq. ferrar. & calc. viv. an. menſ. j. & lumborum, oſſis ſacri & femoris regiones poſt frictiones cum ſpirit. extern. præc. foveantur cum hoc decocto.

℞. Raſ. C. C. unc. iij. lign. quajac. ſaſſaphr. cort. pin. rad. bardan. tormentill. an. unc. j. cich. ſcorzon. an. unc. ſ. herb. nummular. miij. coq. in aq. font. & ſer. lact. an. menſ. ij. ad ¼ p. conſumt. bib.

bib. $\frac{1}{8}$ menſ. calid. man. & pom. c. gtt. 45. Tinct. antim. tartariſ. Decocto ſecund. cum paſſul. min. unc. ij. eodem modo add. $\frac{1}{8}$ vin. pro potu ordin.

Die 13. Spirit. & ſpec. pro fomento ext. it. pro decoct. & potu ordinar. intern. cum tinctur. antim. repetere, & balneũ ex vapore ſpiritus vini accenſi incipere, illudque ſemel tantum in die uſurpare, & poſt egreſſum ex illo partes affectas cũ pannis calidis, & alio diei tempore cum ſpiritu & fomento diligenter fricare juſſi.

Die 20. Adhæc optim ſeſe habuit, ac ſine fu cris alaribus, & ſine b culo incedere incepi hinc balneum ex ſpirit vini accenſi vapore b de die inſtituendum c ravi, cum frictione quentis ſpiritus:

℞. Spirit. vin. rectiſ. ur v. ol. petr. ſcrup. iv. de tereb. dragm. ij. ſucc dragm. j. camph. drag. Pro aſſumtione intern

℞. Tinct. antim. tart riſ. dragm. iij. ad gtt. 4 bis in die in decocto antea. Hiſque ita, Divi faventeGratia, integra obtinuit ſanitatem.

CASUS X.

De OZOENA.

1704. Menſe Martio ad juvenem 19. annoru ad amnem Tubarim habitantem fui poſtul tus, qui per totum biennium, poſtquam col phum, a matre acceperat, narium partis ſin ſtræ ulcere, non tantum ejusdem partes inte nas, ſed & pinnam iſtius lateris depaſcen laboravit. Poſt varia igitur a diverſis, & etia

me incaſſum tentata, eundem modum, ac
es venerea curari debet, propoſui atq́; præ-
ripſi, quo priſtinam recuperavit ſanitatem.
